DE AGIOGRAPHIA PRIMIGENIA ET TRANSLATITIA ADIECTIS EX HEBRAEO TEXTU...

Giovanni Agostino Carabelloni

DE AGIOGRAPHIA
PRIMIGENIA ET TRANSLATITIA

ADJECTIS EX HEBRAEO TEXTU DIVINIS TESTIMONIIS

AB APOSTOLIS ET EVANGELISTIS

E VETERI TESTAMENTO IN NOVUM ADSCITIS

REVOCATISQUE AD FONTES

NONNULLIS

COPTICO-SACRIS FRAGMENTIS

F. JOHANNES AUGUSTINUS

CARABELLONI E. A. JANUENSIS

SACRAE THEOLOGIAE MAGISTER ET COLLEG. REGENS.



ROMAE MDCCXCVII.

Apud Antonium Fulgonium.)(*Praesidum Facultate*.

וכתב לו את־משנה התורה הזאת
על־ספר מלפני הכהנים הלוים
והיתה עמו וקרא בו כל־ימי חייו
למען ילמד ליראה את־יהוה אלהיו׃
אלה הדברים ׃ יז

Et scribet sibi duplum legis hujus suo libro a faciebus sacerdotum Levitarum, et erit secum, et clamabit in eo omnibus diebus vitae suae ut discat timere Dominum Deum suum. Deut: Cap: 17.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Multis, & multiplicibus obscuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere legunt aliud pro alio sentientes; quibusdam autem locis, quid vel falso suspicentur non inveniunt, ita obscure quaedam dicta densissimam caliginem obducunt. Quod totum provisum esse divinitus non dubito ad edomandam labore superbiam, & intellectum a fastidio revocandum, cui facile investigata plerumque vilescunt.

S. P. Augustinus Lib. II. De Doc. Ch. Cap. VI.

ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

F. Xaverius Passari Archiep. Lariss. Vicesgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Vincentius Pani Ordinis Praedicat. Sac. Palat. Apost. Magister.

§. I.

Προαίρεσις .

Quum primum in Urbe Theologicae potissimum Facultati, intra Coenobii septa, sex fere ab hinc annis, datum fuit praeesse, de illa praesertim excolenda sacrarum disciplinarum parte cogitavimus, quam majori ac in antecessum conatu, funditus evellere, larva quaquaversum deposita, moliebatur malorum omnium teterrimum, atque exitiosissimum impietatis licentia. De Religione propterea per summa veluti capita egimus, opusculumque de ejus elementis, sub magnis auspiciis S. R. E. P. C. Johannis Archinto, Προςάτου nostri praesentissimi, sic bipartitum prodiit, ut sectio prima Religionis utilitatem, Revelationis necessitudinem, extantiam, authenticitatem, atque Mysteria, altera vero Sanctae R. A. Ecclesiae praecipuas notas, Supremique eius Hyerarchae Auctoritatem, cum pluribus Catholicae Fidei dogmatibus, complecteretur. Opellam hanc altera subsecuta est sub titulo: *Ex Novo Testamento Syllexis*: eamque sacram Eminentissimo, ac Reverendissimo D. Andreae Cardinali Joannetto, quem Deus O. M. diu incolumen velit, quam libentissime vulgavimus. Postremum de primigenia, et translatitia Agiographia, nil salebrosam minus, ac jucundam provinciam ἐκ προαιρέσεως, nobis demandavimus. At enim Latinae homines linguae duabus aliis ad Scripturarum divinarum cognitionem opus habent, Hebraea scilicet, et Graeca, ut ad exemplaria praecedentia recurratur, siquam dubitationem adtulerit interpretum infinita varietas, sicut docet M. P. Augustinus lib. II. de Doctr. Christ. cap. XI., utriusque primigenii Textus συλλογῆς specimen, itidemque Coptici, in Tyronum gratiam, operae pretium ducimus exhibere.

Hebraeum suppeditabit Xanctes Pagninius O. P. post maximum Hieronymum primus, inter Catholicos, ex Hebraeis Graecisque Fontibus Verbi Divini Latinus interpres emeritissimus. In Graeco facem praeferet Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ Hermanni Goldhagenii P. S. I. Moguntinae Edit. an. 1758.; Coptica quaeque, ex πρoκατάρκτικοις Confratris Augustini Antonii Georgii operibus, mutuabimur. Absit interea, ut de praeconcepto immensi laboris, & operis argumento, pro amplitudine, praestantia, dignitateque, φιλαυτίῃ vel minimum concedentes, quidquam nos fore allaturos, interius adblandiamur. Manus illi nostras, quaecumque futurae sint, non esse admovendas censuimus, nisi alta prius mente defixo, cordique insculpto S. P. Augustini lib. II. de Doctr. Christ. c.XLII. monito saluberrimo, quod sic se habet: Quantum autem minor est auri, argenti, vestisque copia, quam de Aegypto secum ille populus abstulit, in comparatione divitiarum, quas postea Ierosolimae consecutus est, quae maxime in Salomone Rege ostenduntur, tanta sit cuncta scientia, quae quidem est utilis, collecta de libris gentium, si Divinarum Scripturarum scientiae comparetur. Nam quidquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur, si utile est ibi invenitur. Et cum ibi quisque invenerit omnia, quae utiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inveniet ea, quae nusquam omnino alibi, sed in illarum tantummodo Scripturarum mirabili altitudine, et mirabili utilitate discuntur. Hac igitur instructione praeditum, cum incognita signa lectorem non impedierint, mitem, & humilem corde, subjugatum leniter Christo, et oneratum sarcina levi, fundatum, et radicatum, et aedificatum in caritate, quem scientia inflare non possit, accedat ad ambigua in Scripturis consideranda, & discutienda. „ Utinam a recta hacce, quam P. Sanctissimus, ac Doctor praemonstravit, semita, nunquam elabamur: inde erit, ut saltem ex hoc capite, quod vel maxime exoptandum est, de in-

instituti nostri consilio, agendique ratione ἐκτὸς ἐνταξίας ἐδὲν vereamur.

§. II.

De vetustissimis Agiographis.

Vetus Testamentum lata quadam significatione acceptum, Moysis tempora longe praeivisse, tam exploratum nobis videtur, quam quod maxime, tutumque similiter deprehendimus ante Pentateuchum, qui dicitur a graeco πέντε *quinque*, et τεῦχος *volumen*, Codices alios Religionis caussa a vetustissimis temporibus fuisse exaratos. Meminit S. Judas in sua Epistola Canonica Prophetiae Henoch v. 14. scribens: Προεφήτευσε δὲ καὶ τέτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ, λέγων, ἰδὲ ἦλθε Κύριος ἐν ἁγίαις μυριάσιν ἀυτῦ· *Prophetavit autem & de his septimus ab Adam Henoch dicens: ecce venit Dominus in sanctis millibus suis*. Haec porro expendens S. P. Augustinus lib. XV. de Civit. Dei cap. 23. inquit: Scripsisse quidem nonnulla divina Henoch illum septimum ab Adam, negare non possumus, cum hoc in Epistola Canonica Judas Apostolus dicat:,, Librum Henoch ante eum agnoverant primigenae Ecclesiae Patres, Justinus, Irenaeus, Clemens Alexandrinus, aliique. Geminae proinde refragantur auctoritati, Scripturarum nempe & Patrum, quotquot ob commentitia multa, atque adulterina libro Henoch a vetustis interpolatoribus assuta, eundem auctori suo prorsus abjudicant. Praetermissa nunc Prophetia Noe ab Augustino memorata lib. de Civit. Dei XVIII. cap. 38., de Jobo, eiusque libro pauca liceat delibare. Jobum in rerum natura obtinuisse non pauci Hebraeorum inficiantur, temere procaciterque rati ea, quae de Iobo in sacris litteris perhibentur, non historica sapere, bene vero ceu parabolam ad patientiae exemplar adornatam, esse intelligenda. Eccontra nonnulli natum opinantur vel ex posteris Abraham per filium aliquem a Cetura ortum,

 vel

vel abs Nachor fratre Abraham; quo de Genes. c. XXII. v. 21. legitur: *Nuntiatum est Abrahae, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo*: Jobi patria sat non videtur explorata; terram Huz incoluisse in libri eius initio deprehenditur; sic enim se habet:

אִישׁ הָיָה בְאֶרֶץ עוּץ

Vir fuit in terra Huz. Quonam tempore eius historia fuerit conscripta, neque satis constat. Niholominus vel Legi aequalem vel forte antiquiorem esse, inde aliqui censent, quod Legis non meminerit, & Patriarcharum more, veluti paterfamilias obtulerit sacrificia, idquod sub Lege scripta, & post eam non licuit. Ut igitur hinc Job Moyse antiquior, ita & liber eius ante Pentateuchum descriptus colligitur, idque ex eo etiam evincitur, quod in c. XIX. v. 23. de usu libros scribendi sic verba faciat. *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei, & exarentur in libro stylo ferreo*. Accedit jam *Liber Bellorum Domini*, quo de Numer. XXI. v. 14. mentio occurrit. Hunc e librorum numero expungunt nonnulli, asserentes loco mox laudato nil portendi aliud, quam narrationem oretenus apud omnes vulgatam. Ast de veri nominis libro sermonem inibi fieri, deducere est ex Textu Hebraeo sic se habente:

עַל־כֵּן יֵאָמַר בְּסֵפֶר מִלְחֲמֹת יְהוָה

Idcirco dicitur in libro bellorum Domini. Quamvis enim ספר idem quandoque sonet, ac *enumeratio*, *recensio*, tamen eo loci, ut de veri nominis libro accipiatur, hebraicae syntaxeos exigit ratio. Neque iis possumus assentiri, qui librum bellorum Domini cum eodem Numerorum libro, in quo eius fit mentio, confundendum esse adfirmant, vel aliis denique librum esse *judicum* opinantibus. A veri similitudine primi abesse nobis videntur, quum praecipuam efferant rationem, quod in libro Numerorum bella, Deo mandante, ab Hebraeis ge-

gesta describantur, perinde ac si, quae liber bellorum Domini capiebat, iterum in *Numerorum* libro nefas fuisset commemorare. Postremi vero non advertunt librum *Judicum* esse libro *Numerorum* tempore posteriorem. Liber alter, *Justorum* videlicet, non modo in Josue c. X. v. 13., verum etiam in II. Reg. cap. I. v. 18. laudatus occurrit. Ex hoc porro libros Samuelis fuisse adornatos, primum nempe, et alterum Regum, docuit Sanctus Hieronymus in quaest. super lib. Regum, inde praesertim motus, quod plurium justorum gesta in illis fuerint enarrata. Stant ex adverso Judaei, quorum aliqui librum *Justorum*, duodecim Prophetarum librum esse contendunt. Verum inepte: Neque enim haec sententia potest admitti, quin subinducatur mille fere annorum anachronismus. Censent minus imperite Judaeorum alii eum, quo de agimus, esse librum *Legis*, in quo acta justorum, scilicet Abraham, Isaac, Moysis, aliorumque comprehenduntur, atque insuper monitum de *exercitatione in arcu tractando* II. Reg. iterum commendata. Limitant alii *Justorum* librum in *Exodo*. Certius tamen (jure inquit perdoctus S. R. E. C. Gotti in praeclaro opere, cui titulus: *Veritas Christianae Religionis*) cum Theodoreto quaest. in Josue, existimatur, vetustissimum fuisse commentarium. Praeter hactenus adnotatos, eosque quos in Canone Esdras perstrinxit, alii apud Judaeos plus, minusve Religionem afficientes, Codices extitere. Librum de Regia Politia scripsit Samuel, quo de Reg. cap. I. v. 10. haec habentur. *Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino*. Nathan quoque, Gad, Ahjas, & Addo Prophetae libros descripsere. De *Nathan*, & *Gad* in I. Paralipomenon sic scriptum legimus cap.& v.19. *Gesta autem Davidis ... scripta sunt in libro Nathan Prophetae, atque in volumine Gad videntis*. *Ahjae* vero, et *Addo* II. Paralipom. cap.IX. v.29. sic legere est: *Reliqua autem operum Salomonis priorum, & novissimorum scripta sunt in ver-*

verbis Nathan Prophetae , & in libris Ahjae Silonitis ; in visione quoque Addo videntis. Praeter Salomonis libros, quos possidemus, alii fuere, qui laudantur III. Reg. cap. IV. vv. 32. 33. hocce modo: *Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas , & fuerunt carmina eius quinque , & mille , & disputavit super lignis a cedro , qui est in libano usque ad hyssopum , qui egreditur de pariete : & disseruit de jumentis , de volucribus , & reptilibus , & piscibus* . Alii in II. Paralip. librorum auctores referuntur, Semeias nimirum cap. XII. v. 15., qui historiam scripsit Regis *Roboam*; Iehu filius Anani c. XX. v. 34., qui gesta *Josaphat , et Regum Israel* digessit; Hozai qui de sceleribus *Manasse* verba fecit. Isaias, & Jeremias non solum extantia eorum vaticinia, verum etiam alia volumina conscripsere: Ille quidem librum de rebus gestis *Oziae* Regis prout II. Paralip. cap. XXVI. v. 22. legitur, itemque cap. XXXII. v. 32., de gestis *Ezechiae*, et misericordiarum eius. Alteri vero cap. eodem V. 12. adscribitur liber emptionis, et venditionis; Similiter eidem tribuitur liber comminationum, sive indignationis Domini contra Israel, & Judam cap. XXXVI. v. 2., ac liber de Babylonis vastatione, qui cap. L. & LI. v. 63. recensetur: Ulterius liber descriptionum in II. Machab. cap. II. v. I. commemoratus. Codices tandem aderant, quorum mentio in libris Machab. occurrit, liber nempe dierum sacerdotii, & Principatus Hircani in primo Machab. cap. XVI. v. 24., & secundo cap. II. v. 24., itidemque libri quinque Jasonis Cyrenaei, quos auctor secundi libri Machab. testatur se uno volumine breviasse. Hactenus enucleata, aliaque multa veterum Judaeorum volumina, etsi sacris, quae supersunt, ex parte insita existimentur, dolendum sane, quod ingravescente Judaeorum desidia, atque improbitate, fuerint consumpti. Apposite S. Joannes Chrysostomus exponens illa c. II. v. 23. Matth. Ὅπως πληρωθῆ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν , ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. *Ut impleretur , quod dictum est per Prophe-*

phetas, quia Nazaraeus vocabitur, homil. IX. sic scribit: Quis igitur hoc asseruit Prophetarum? Nequaquam scruteris ista, neque in ejusmodi fueris curiosus. Multa enim ex propheticis periere monumentis, quod de historia Paralipomenon probare possibile est. Desides enim cum essent Judaei, nec desides modo, sed & impii alia quidem perdiderunt negligenter, alia vero tum incenderunt, tum conciderunt. Et de prophanitate quidem tali Hieremias refert; de negligentia vero in quarto Regum libro legimus, quoniam post multum temporis, vix Deuteronomii sit volumen repertum, defossum quodam in loco, ac pene deletum. Si autem absque ulla incensione Templi, absque ullo impugnante Civitatis tumultu, sacri tamen libri varie deperibant: quis iam istud inter illas depopulationes, vastationesque hostium, ac totius urbis incendia contigisse, miretur?,, Quaerunt viri docti, an superius memorati qui exciderunt libri, quum primum sunt exarati, sacri fuerint atque divini? Omnibus interea exploratum est, nullum apud Hebraeos extitisse Canonem, quo tanquam divini proponerentur, ut declarat S. P. Augustinus lib. XVIII. de Civit. Dei inquiens: In ipsa historia Regum Juda, & Regum Israel, quae res gestas continet, de quibus eidem Scripturae Canonicae credimus, commemorantur plurima, quae ibi non explicantur, & in libris aliis inveniri dicuntur, quos Prophetae scripserunt, & alicubi eorum quoque Prophetarum nomina non tacentur, nec tamen inveniuntur in Canone, quem recepit populus Dei.,, Quaestio vero proposita a sancto Doctore, qui ingenue confitetur sibi caussam esse ignotam, cur in canone quidam Prophetarum libri non sint admissi, post mox allata verba ita resolvitur: Nisi quod existimo, etiam ipsos, quibus ea, quae in auctoritate Religionis esse deberent, Sanctus utique Spiritus revelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut Prophetas inspiratione divina scribere potuisse: atque haec ita fuisse distincta, ut illa tam-

tamquam ipsis, ista vero tamquam Deo per ipsos loquenti judicarentur esse tribuenda; ac sic illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, haec ad Religionis auctoritatem.,, Hinc pene compellimur, ut indefinite approbemus libros alios, praeter receptos ab Esdra, olim Spiritu Sancto afflante, fuisse conscriptos, qui tamen, cum in auctoritate Canonis, nisi forte incise, & per pericopas non sint admissi, quanquam adhuc superessent, multis nominibus fidei essent suspectae. Sentiant, quibus placet, credibile non esse, libros divinos cito fuisse perituros, nostramque sententiam Judaicae Ecclesiae, aut etiam divinae Providentiae derogare: Ejusmodi rationibus nullatenus possumus commoveri.

§. III.

De Textu Hebraeo.

Hebraea lingua communiter sancta, nec immerito, praedicatur. Haec Πρωτοπλαστῇ aequalis in posteros Patriarchas, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Iared, Henoch, Mathusalem, Lamech, Noe derivavit. Ad diluvium usque, illudque tempus, quo homines de extruenda Civitate, & turri cogitaverunt, fideliter est asservata: Siquidem eorumdem illi adhuc erant sermonum, ut ex Gen. cap. XI. v. 1. constat. Superinducta a Deo linguae eorum confusio, ad compescendum superborum fastum, non obstitit, quin in pia benedictaque a Deo progenie Sem persisteret incorrupta, & ad Abraham posterosque eius, Isaac, Jacob, ac duodecim Patriarchas hujus filios propagaretur. Elegerat Deus Moysem, ut lingua apud illos vigente, ex quibus tandem aliquando Messias oriturus erat, legem exararet. Colligere hinc est linguam sanctam omnium esse vetustissimam, quod etiam liquet ex Sacri Textus nominibus propriis, quorum ex radicibus Hebraicis redditur ratio, in linguis vero caete-

ris

ris nihil significare deprehenduntur. Sit ex multis, quae afferri possent, unum & alterum exemplum. Primus homo dictus est אָדָם, quoniam fuit plasmatus ex terrae pulvere, ut Gen. II. v.7. legitur עָפָר מִן הָאֲדָמָה *Pulvis ex terra*. Uxor ejus appellata est חַוָּה *Eva*, cum mater fuerit כָּל חָי *Omnis vitae*. Idem evincunt Gentium, ac populorum nomina, quae frequentissime originem habent hebraeam, utpote quae a nominibus filiorum Noe, eorumque Nepotum diducantur. Ita Assirii ab Assur, Elamitae ab Elam, Aramaei ab Aram, Cymbri, sive Cimmerii a Gomero, Medi a Madai. Huc etiam spectant nomina Deorum Gentium: Saturnus apud multos derivat a verbo סָתַר *Latuit*. Non pauci trahunt Jovem ab יְהוָֹה, nomen Dei proprium ab essentia eum denominans, cujus fidissimus interpres est Johannes initio Apocalipseos scribens: ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος: *Qui est*, & *erat*, & *venturus est*. Belum itidem repetunt ab Hebraeo בַּעַל *Dominatus est*. Haec sufficiat innuisse. Caeterum ab exoticarum linguarum peritis dudum observatum est, reliquias Hebraicae linguae in omnibus aliis adinveniri, quod eruditissimo Thomassinio, aliisque fuit in caussa praecipua, ut linguas omnes ab Hebraeo fonte derivarent. Heic vero lubet advertere Hebraeam linguam in captivitate Babylonica, licet ultra annos septuaginta nequaquam isthaec progrederetur, magnam subiisse mutationem. Exilio oppressus Dei populus linguam patrum ejus dediscere coepit. Captivi senes e vita migrabant, pueri linguam Babylonicam imbibebant. Exulum multitudo, ut Josephus Antiquit. lib. XVIII. cap. 12. & Talmudici Doctores narrant, urbem ad Euphratis ripam condidere, quam ἐπιχωρίῳ voce נְהַר דְעָא *Neardam*, quod est *flumen doctrinae*, appellarunt, Synagogis extructis, atque Accademiis. Ubi vero ab Artaxerse facta est omnibus, qui vellent, redeundi in Judaeam potestas, multi ducibus Zo-

 ro-

robabele, ac Nehemia in Syriam reversi sunt, et Jerosolymorum moenia, ac fanum, quae solo aequaverant Assyrii, redivivo lapide refecerunt. Multas Jerosolimis scholas instituere, ea tamen lingua, quam ab exilio reportaverant. Soli enim docti, ut Scribae, Pharisaei, legisque Doctores Hebraice sciebant, plebs Syriace tantum. Quomodo ante exilium pauci linguam Syriacam tenebant, Hebraicam omnes. Quod e verbis Rabsacae, Isa. c.XXXVI. v. 13. dilucide perspicitur. Quo factum est, ut quod Syriace loquebatur Christus, Evangelistae, prout observat Hieronymus in lib. de Nomin. Heb. scripserint esse Hebraicum, quoniam illa lingua utebantur Hebraei soluta captivitate. Certum praeterea est Esdram post exilium, in sacrorum Codicum descriptione, diversis ac antea Hebraei facerent, characteribus usum fuisse; verum Assyrios, vel Chaldaicos fuisse ab Esdra receptos, & substitutos, sicut viri docti non pauci, quos inter Bernardus Lamy in App. Bibl. lib. II. cap. 6. ex Hieronymo colligunt, non satis ex eodem sancto Doctore assequimur. Asserit quidem in Prologo Galeato sub initium Esdram alias litteras post instaurationem Templi reperisse, sed easdem fuisse ac Chaldaeas non inquit; imo aperte nobis videtur edocere litteras ab Esdra assumptas, sono cum Chaldaicis convenisse, sed non forma: sic enim incipit ejus Prologus Galeatus. „ Viginti & duas litteras esse apud Hebraeos, Syrorum quoque lingua, & Chaldaeorum testatur, quae Hebraeae magna ex parte confinis est, nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diversis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysis totidem litteris scriptitant, figuris tantum, et apicibus discrepantes: Certumque est Esdram scribam, legisque doctorem post captam Jerosolymam, et instaurationem Templi sub Zorobabele, alias litteras reperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum, & Hebraeorum characteres fuerint. „ Sentit igitur hoc loci Hieronymus Esdrinos characteres eosdem

dem prorsus non fuisse, ac Assyrios; sive Chaldaeos. Biblia quibus nunc utimur charactere descripta sunt, ut inquiunt *quadrato* ob formam prope ad quadratum accedentem, ab eoque aliquantulum differt, quo uti solent Judaei, tum ratione minoris formae, tum defectu punctorum vocalium, quae in hodiernis Bibliis substant litteris consonantibus. Jam vero de horum punctorum origine, & usu nonnulla sunt adnotanda. Non desunt Hebraei, qui punctorum originem eorum linguae supparem, imo & cum lege scripta, divinitus volunt revelatam. Censent alii puncta vocalia ab Esdra fuisse inventa, aut instaurata. Praecipua istorum ratio huc redit, quod elementa vocalia ad integritatem, & perfectionem scriptionis, certo certius pertineant. Sed aliter se rem habere opinamur. Alphabetum Hebraeum, quod consonantibus tantum litteris post punctorum usum, vulgo dicitur constare, sua complectitur elementa vocalia, quibus Hebraei olim una cum Samaritanis litteras consonantes efferebant. Sunt vero אהוחיע. Punctorum ergo usus tunc maxime, cum Hebraea lingua erat vernacula, non erat necessitas. Quidquid regerant Judaei, nunquam demonstrabunt, ante annum Christi quingentesimum, puncta vocalia, eo saltem quo hodie scribuntur modo, invaluisse. S. Hieronymus, puncta ejusmodi aetate ejus in Bibliis non obtinuisse, videtur innuere illa exponens Habacuc Prophetae cap. III. v. 8. *Ante faciem ejus ibit mors*: ita enim scribit: Pro eo quod nos transtulimus mortem in Hebraeo tres litterae positae sunt דבר absque ulla vocali, quae si legantur *davar* verbum significant; si *dever*, quae Graece dicitur λοιμός „. Similia habet in cap. IX. Jeremiae v. 22., ubi addit דבר mortem significare, quando legitur *deber*. Heic, inquit Bernardus Lamy in apparatu Bib. lib. II. cap. 6., commoda fuissent puncta ad ambiguitatem tollendam, & varietatem significationis explicandam, sed nulla illorum mentio fit, non solum apud Hieronymum, sed & apud caeteros Patres tam Grae-

cos, quam Latinos. Non infimum, recte subdit mox laudatus Auctor, argumentum pro novitate punctorum suppeditant antiquae versiones, Graecae, Chaldaicae, Syriacae &c. ex quibus perspicuum est ob defectum punctorum, voces quasdam ambiguitate laborasse; unde aliter interpretati sunt Versionum istarum auctores, quam hodie in punctatis Codicibus legimus: inter illas, diversitas nulla fuisset, si aliter non legissent, quam in hodiernis exemplaribus legimus. Hoc passim observant viri docti in commentariis suis, aliisque scriptis, plura exempla promentes ex septuaginta Interpretibus, ubi eaedem litterae sublatis punctis, tam ipsorum Versioni, quam lectioni hodiernae inservire possunt. Contigit etiam Versionem Graecam ideo diversam esse a Versionibus Hebraicis, quae post punctatos Codices cusae sunt, quia sine ulla versuum, & dictionum distinctione, olim Hebraei Codices scribebantur: Prout ergo interpretes Graeci hanc vel litteram, vel vocem referunt ad id quod praecedit, aut ad id quod subsequitur, interpretantur diversimode ab hodiernis interpretibus, qui nunc utuntur Codicibus, in quibus fixa est versuum, & dictionum distinctio „. Munsterus, Drusius, Ludovicus Cappelli, Waltonus Proleg. III. in Biblia Poliglotta, Morinus in exercitation. Bibl. XVII. omnes stant pro punctorum novitate. Horum auctores creduntur Judaei academiae Tiberiadis Doctores, ad finem circiter vergente saeculo Ecclesiae quarto. Opus isti elaborarunt inscriptum *Massora*, unde & Massoretae dicti sunt. Massora latine *Traditio* a Buxtorfio dicitur: doctrina critica circa rectam lectionem, & scriptionem Textus Hebraici Sacrae Scripturae. In hocce opere praeter punctorum vocalium, & accentuum usum, accuratissimamque singulorum versuum recensionem uniuscujusque libri, variae adnotatae fuerunt Codicum lectiones, eaeque praesertim voces, quae, aliter ac in textu exprimantur, legendae sunt. Id praestitere per marginales notas, quibus admonetur lector, an marginis,

ginis, vel Textus vox sit adprobanda. Notas istas dixerunt *Keri*, & *Ketib*. A radice קָרָא *Legit*, Keri idem est ac lectum. Ketib a radice כָּתַב significat *Scriptum*. Obiter heic advertimus in Bibliis Hebraicis ad marginem, notatum esse Keri per primam litteram ק, ut indicet vocem, quam afficit in margine, legendam esse cum punctis, quae ei subsunt in Textu. Similiter Ketib in Textu indicatur per primam ejus litteram כ circello superposito, quo lector ad vocem in margine sub כ remittitur. Eo Massoretae punctis, notisque portendebant, ut genuinam Textus lectionem restituerent, unde liquet longe post exaratos Sacros Codices, utraque fuisse adinventa; Non enim Scriptores Sacri germanam Textus lectionem poterant ignorare. Verum cui praeciso tempori, quibusve nominatim auctoribus Massoreticae notae, punctaque debeantur θρασέως non definimus. Opinandi temperantia Bernardi Lamy in Appar. Bibl. lib. II. heic nobis arridet „ Sunt Judaei, inquit cap. IX., qui Esdram & viros Synagogae magnae, quos ultimis Prophetis adnumerant, auctores Massorae faciunt: alii vero Grammaticis Tiberiensibus gloriam hujus tribuunt, his nempe qui Tiberiade Urbe, juxta lacum Genesareth, profitebantur litteras Hebraicas circa annum Christi D. Certum est notas Massoreticas nec simul, nec ab uno auctore fuisse adinventas, sed per varia saecula a diversis auctoribus compilatas. Non dubito etiam aliquas constitutas fuisse longe ante tempus Grammaticorum Tiberiensium, cum Pharisaei, & alii Judaei circa corticem legis occupati negligerent verum ejus sensum. „ Massorae apud Judaeos longe praestat Cabala, quae dicitur a radice קָבַל *Accepit*. Illa, inquiunt, in cortice litterae versatur, haec circa profunda legis mysteria, quae ex verbis, litteris, punctisve depromuntur. Praeter legem scriptam, addunt, symbolica, & mystica Cabalae doctrina a Mose oretenus fuit tradita, atque ad Esdram usque, & Cabalae auctores

eodem

eodem modo transmissa : immo ad ejusmodi transmissionem , non modo sunt referenda quotquot compilarunt Massoretae , verum etiam quae in Misna continentur , in volumine scilicet legem traditam exhibente : Misna , ut suspicamur , appellato , a voce מִצְוָה *Mandatum* ; mutata littera ו in נ , & omissa ה paragocica , ac quiescente . Plurimos opus Misnicum nactus est Rabbinos expositores , sed omnibus Misnae interpretationibus Judaei praeferunt *Talmud* , seu *opus doctrinale* , in quo Misna est loco textus adjectis commentariis , quae vocant *Gemara* a nomine גְּמִיר *Perfectio* , seu *Integritas* . De utroque iterum paulo inferius agendum erit . Interim quod ad Cabalam attinet , nemo Catholicorum renuit in Scripturis , praeter sensum historicum , vel litteralem , latere spiritualem , qui complectitur allegoricum , & tropologicum , seu moralem . Moysem tradidisse Senioribus sensuum ejusmodi notionem , quae ad sapientiores aetatum sequentium fuerit propagata , facile adprobatur . Cabala sic intellecta bene vertit . Risum vero movet Cabala , cui se Judaei recentiores addixerunt . Hi in litteris , punctis , accentibus & verbis Scripturae , sic solent ludere , ut ex variis combinationibus , litterarum figura , & vi arithmetica arcanos sensus extrudant . Dictiones , ex quarum litteris idem fit numerus arithmeticus , idem quoque significare contendunt . Ita צֶמַח , quod sonat *Oriri* eandem habere dicunt significationem , ac מְנַחֵם , quod est *Consolans* , vel *Consolator* , Messiae nomen ; propterea quod utriusque nominis litterae eundem reddant numerum centum triginta , & octo . Haec Cabala appellatur *Gematria* . Altera Cabalae species *Notaricon* dicitur , quippe quod ex notis singulis , seu litteris unius dictionis , tot alias efficiant dictiones , habentes easdem litteras initiales vel finales . Sic assumpta voce בראשית ex prima littera ב istam confingunt בראשונה *In principio* ; Et sic deinceps e singulis sequentibus litteris totidem educunt voces , donec hunc sen-

sensum obtineant: *In principio vidit Deus*, *quod Israelitae acciperent legem*. Tertia Cabalae species, quam vocant *Temura* ab anagrammate non differt. Huc etiam referri potest *Atbach* vox fictitia, qua vocant scriptionem quandam arcanam in eo sitam, quod unum alphabeti elementum, pro alio usurpetur. Cabala demum alia utuntur Judaei, quam *practicam* dicunt. Hujus ope mirabilia se patrare posse effutiunt, ob usum praesertim nominis Dei *Tetragrammaton*. De ea, ab Ecclesia jure optimo proscripta, ita Sixtus Senensis lib. II. Biblioth. sanctae: Falsa atque impia Cabala est ementitum quoddam Judaicae Traditionis genus, quod improbi quidam Judaei, a Moyse ex Patribus usque ad ipsos emanasse dicunt, innumeris vanitatibus refertum, nihil aut parum a Necromantia distans; explicat enim secreta quaedam Dei nomina, ipsorumque virtutes occultas, quibus ad ligandos Daemones, & ad praestigia facienda, Necromantici nonnulli apud Judaeos utuntur, asserentes, Christum nostrum hujus artis ope, omnia sua miracula edidisse. Hoc igitur superstitionis genus, Cabalam improprie appellatum, ecclesia proximis annis merito damnavit „. Sed Cabala ad orcum remissa, iterum de Misna, & Talmud brevis est mentio habenda. Quo primum tempore Misna, seu lex oralis tradita litteris fuerit, non satis inter eruditos constat. Leo Mutinensis Hebraeus scriptor in part. II. de Ceremoniis Judaicis cap. 2. observans nil Judaeis licuisse, de oretenus transmissis, scriptitare, quandiu Templum permansit, centum ac viginti annos post ejus eversionem, a quodam Rabbino Juda nuncupato, exaratam fuisse contendit. Ante Christi Domini nativitatem alii scriptam opinantur; altum vero praesertim apud veteres Ecclesiae Patres de illa silentium, multos eruditos permovit, Morinum lib. II. exercitat. Bibl., Buxtorfium in Biblioth. Rabbin., aliosque, ut nonnisi post Hieronymi tempora conflatam existimarint. Hisce potius, quam pro remotiore Misnica vetustate pugnantibus, lubet

bet subscribere. Talmud aliud est Hierosolymitanum, alterum Babylonicum. Primum consarcinatum credunt nonnulli tertio Ecclesiae saeculo in Hierosolymae ruderibus: alii hanc antiquitatem loco habent figmenti. Talmud aliud in Babylone Aegypti, nunc *Cairo*, editum creditur a Sixto Senensi lib. II. Biblioth. sanct. opera Rabbinorum Arse, Hammai, & Mair Arse filii, cum jam saeculum Ecclesiae quintum consenesceret. Multa Judaeorum volumina Talmudica isthaec editio complectitur, atque impietate quaquaversum scatet adeo, ut non modo Romanae, & Apostolicae Ecclesiae nunquam desitura sollicitudine, & auctoritate, universis Christifidelibus ejus lectio fuerit vetita, sed summi quoque e grege catholico Imperantes, Judaeis ipsis eorum ditiones incolentibus, illius usum interdixerint. Nec mirum videri debet hos libros, inquit Cardin. Gotti in opere: *Veritas Religionis Christianae* &c. cap. 11. sub finem §. VI., adeo fuisse foedatos, quia auctores omnium fere librorum a Judaeis post Esdram editorum, vel eorundem glossatores fuere, nedum odio implacabili contra Christianum nomen aestuantes, verum sordidi, ac viles infimarum artium opifices, qui saepissime turpis lucri, aut adulationis gratia, vel ut Paganos deciperent aut Christianis illuderent, talia consarcinarunt.

§. IV.

De incorruptione Textus Hebraei.

Longe a vero profecto abesset quisquis ab Judaeorum impietate, ac malitia nuper commemorata, in suspicionem adduceretur de Hebraei Textus hodierni in rebus magni momenti corruptione. Nunquam Ecclesiae suae Deus Optimus Maximus defuit in necessariis, atque insuper illius integritatem in iis, quae ad fidem moresque pertinent, adhuc superesse pluribus confici potest. Dissimu-

simulandum interim non est, Judaeos asserere in antiquis eorum codicibus, plures variationes fuisse deprehensas. Viri Synagogae magnae, inquit Kimchius (*Praefat. Comment. in priores Prophe.*) qui legem nobis in pristinum statum restituerunt, invenerunt differentias in libris, & secuti sunt multitudinem; in locis vero quorum claram cognitionem assecuti non sunt, unum scripserunt in Textu, & non punctuaverunt, aut ad marginem, & Textui non inseruerunt „. Ulterius Esdrae, & legis peritis Synagogae magnae adscribunt illas, quas appellant, *Correctiones Scribarum*, sex nimirum loca primigeniae reddita lectioni. Exscribentium quoque ignaviam, & imperitiam, sphalmata in Sacrorum Codicum privata apographa intrudere potuisse, quis renuat? Ad haec variantium frequentiae κακοζηλία locum praebuit. Babylonii Judaeorum Doctores, itemque Palaestini Sacris corrigendis Codicibus inter se discrepantibus, insudarunt. Utriusque scholae alumni traditae a magistris lectioni tenacissime adhaeserunt. Nihilotamen minus non tulit Dei Providentia, ut doctrina, & veritas Sacris inscripta Codicibus interiret. Eo flagrabant Judaei in Legem, & Codices zelo, ut teste Josepho lib. I. contr. Apion., & Philone apud Euseb. lib. VIII. cap. 6., morti potius subjici vellent, quam vel unum Legis apicem adulterare. Sed & illud ad firmandam Sacrorum Codicum integritatem confert vel maxime, quod eorum custodia Pontificibus fuerit demandata, atque ad annos bismillenos in hocce obeundo munere, filii Patribus fuerint suffecti. Praestat Josephum exscribere, qui loco nuper laudato sic habet. Judicium vero integritatis hoc maximum est, quia Pontifices apud nos a duobus millibus annis denominati a patre recensentur. His autem, siquid praevaricentur, interdicitur ne vel ad altare accedant, vel alia sanctificatione fungantur. Recte siquidem, potius autem necessarie, cum neque conscribendi potestas omnibus data, neque ulla sit in descriptione discordia. Sed solummodo Prophetis,

antiquissima quidem, & veterrima secundum inspirationem factam a Deo cognoscentibus . . . . Tanto saeculo jam praeterito, neque adjicere quicquam aliquis, nec auferre, nec transformare praesumpsit. Omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Judaeis, haec divina dogmata nominare, & in his utique permanere; & propterea, si oportet, mori libenter. Jam itaque multi captivorum frequenter tormentis affecti sunt, & mortes varias in theatris sustinuere, ne ullum verbum contra leges admitterent, aut conscriptiones avitas violarent. „ Hinc stat Judaeos dolo malo, quo tempore Lex Mosayca viguit, libros sacros minime depravasse, atque illos praesertim, qui sub Pontificiis curis asservabantur. Sed neque post Reparatoris adventum in tantum conjurasse facinoris, par est suspicari. Praeclare hacce de re S. Hieronymus in Isaiae cap. VI. scribit: Si dixerint aliqui, post adventum Domini Salvatoris, & praedicationem Apostolorum, libros Hebraeos fuisse falsatos, cachinnum tenere non potero, ut Salvator, & Apostoli ita testimonia protulerint, ut Judaei postea falsaturi erant „. Nil Hieronymo minus Scripturarum veteris foederis integritati favet S. P. Augustinus in lib. XIII. de Civit. Dei cap. 13. inquiens: Anne credibile est ipsos codicibus suis voluisse eripere veritatem, ut novis eriperent authoritatem, vel per totum orbem dispersos potuisse in hoc conspirare nullo contradicente? . . . Absit ut prudens quispiam, vel Judaeos cujuslibet perversitatis, atque malitiae tantum potuisse credat in codicibus tam multis, & tam longe lateque dispersis „. Hisce tamen acquiescere detrectant nonnulli sic reclamantes. Judaeos Hebraeum Textum aliquatenus adulterasse, facti res est; ut quid aliter sentiendum? Facti res est, inquiunt, in Psalmo enim XXII. v. 9. scriptum olim fuit: כָּרוּ יָדַי *Foderunt manus meas*. Nunc vero legitur: כָּאֲרִי יָדַי *Sicut leo manus meas*. Pariter in Psalmo XCV. v. 9. quondam legebatur: *Dicite in gentibus*

quia

quia Dominus regnavit a ligno. Postremum *a ligno* nunc in Bibliis desideratur; siquidem habent.

אִמְרוּ בַגּוֹיִם יְהוָה מָלָךְ

Dicite in gentibus: *Dominus regnavit*: Neutrum vero nostram evertit sententiam. Non primum; in quibusdam siquidem vetustis Bibliorum editionibus legere est כָּרוּ, *Foderunt*: observante Rab. Jacobo Benhaim: Non alterum, quandoquidem illud *a ligno* deest in Versione septuaginta virali, quod argumento esse potest in Hebraeo quoque Codice defuisse. Conqueritur, ut ingenui simus, Justinus Martyr de Judaeis tanquam scripturarum corruptoribus, ob mutilatum celebre nunc recensitum vaticinium, & Justino adhaeserunt Tertulianus, Cyprianus, aliique. Haec vero a sententia nos minime possunt removere. Justinus prae manibus habuit Codicem Graecum, in quo legebat: *Dominus regnavit*, cum additamento fortasse marginali *a ligno*. Nil proinde mirum, si illud *a ligno*, quod in Hebraeo Textu non reperiebat, Judaeorum opera putavit abrasum. Alii vero Patres Justino opinanti fidem adjunxere. Hocce responsum ab eo roboratur, quod Catholica Ecclesia de resecto vaticinio Justini tempore, ac postea commonefacta nunquam de tanto facinore mussitaverit. Caeterum cum in lectione Sanctorum Patrum notati occurrunt Judaei, ceu Scripturarum depravatores, non illico de Textu Hebraeo corrupto abs veri nominis Hebraeis intelligi debent. Haud raro impetunt Aquilam, Theodotionem, & Symmachum Apostatas Judaeos, qui eorum Graecis Versionibus Scripturas coinquinarant. Ita post Venerab., doctissimumque Bellarminum (inquit Bernardus Lamy in Appar. Bib. lib. II. cap. 9.) cum S. Hieronymus scribit se Biblia vertisse, ut ea testimonia, quae a Judaeis praetermissa sunt, vel corrupta, in medium proferret, intelligit hos interpretes. Justinus Martyr, in Dialogo cum Triphone

Judaeo, agens de Vaticinio Isaiae, *Ecce Virgo concipiet*, accusat quidem Judaeos, quod aliter interpretentur verba Prophetae, quam olim eorum Patres, qui Graece Scripturas reddiderant sub Ptolomaeo: sed ibi intelligit hos Interpretes Graecos, qui aliter Hebraeum fontem reddiderant, quam legerant LXX. Interpretes, quos sequebatur Justinus Martyr. Tripho in hocce dialogo negat a suis corruptas Scripturas. „ Etsi vero hodiernum Hebraeum Textum ob Judaeorum conspirationem, ceu adulterinum non habeamus, ii tamen non sumus, qui carere mendis arbitremur. In Vulgata, cui standum est, de corvo, quem ab arca dimisit Noe legitur Genes. cap. VIII. v. 6. & 7. *Dimisit corvum, qui egrediebatur, & non revertebatur*. In Hebraeo Textu contrario plane sensu habetur וַיֵּצֵא יָצוֹא וָשׁוֹב *Et corvus exiit egrediendo, atque redeundo*. Sic Isaiae cap. IX. v. 6., ubi in Vulgata scriptum est: *Et vocabitur nomen ejus*, Hebraei legunt וַיִּקְרָא *Et vocabit*, quum legendum sit passiva significatione *Kal*, seu in *Niphal* וַיִּקָּרֵא *Et vocabitur*. Ita quippe legunt LXX., Aquila, Symmachus, & versio Chaldaea: Plures, fatemur, hujusmodi variantes in Bibliis observantur, quae tamen quum a vario punctuationis usu, ut plurimum exsurgant, proptereaque Textus puritati non officiant, jure optimo Hebraei fontis integritatem, in rebus fidei, ac morum, nobis videmur vindicare. Ergone Hebraeum Textum tanquam authenticum veneramur? Id sane Religio nobis est, si de Textu primigenio lis intendatur. Apographa quoque hodierna aequo habemus in pretio, quippe quod nos doceat S. P. Augustinus lib. XV. de Civit. Dei c. 13., Cum aliquid diversum in utrisque Codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum, ei linguae potius credatur, unde est in aliam per Interpretes facta translatio. „ Similiter Hieronymus in Epistola XXVIII. ad Lucinium, tum quoque in Ep. ad Sunniam, & Fretellam inquit: Sicut in Novo Te-

stamento, siquando apud Latinos quaestio exoritur, & est inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Graeci sermonis, quo Novum scriptum est instrumentum: ita in Veteri Testamento, si quando inter Graecos Latinosque diversitas est, ad Hebraicam recurrimus veritatem, ut quidquid de fonte proficiscitur, hoc quaeramus in rivulis „. Nihilotamensecius, ut hodierna Hebraeorum apographa, veluti authentica complectamur, bene multa sunt, quae videantur praepedire. Illud primum succurrit, quod S. P. Augustinus lib. XXXIII. contra Faustum tradidit: Si auctoritatem scripturarum omnibus praeferendam sequi vultis, eam sequamini, quae ab ipsius praesentiae Christi temporibus, per dispensationes Apostolorum, & certas ab eorum Sedibus successiones Episcoporum, usque ad haec tempora, toto terrarum orbe custodita, commendata, clarificata pervenit. „ Sicut igitur Catholica Ecclesia in Tridentino Concilio, ut oportuit, congregata, nil de Hebraei Textus authentia pronunciavit, ita e re nostra esse statuimus, nihil de ejusmodi controversia definire. Media propterea incedentes via, quotquot ab Apostolis, & Evangelistis ex Veteri Novo tradita sunt Testamento, ceu authentica recognoscimus, imo & ea omnia, in quibus Hebraeus Textus consonat Vulgatae. In reliquis Ecclesiae, supremique ejus Capitis irreformabile judicium adhuc est expectandum. Hocce sentiendi genus, ajunt Novatores (qui privato addicti spiritui originarios Textus habent in deliciis) periculosae plenum est aleae; Sic enim licebit ambigere, an Ecclesia veram possideat Scripturam. Quamplures etiam Catholicorum, quamvis scopo, toto Coelo, diverso, hacce super re Novatoribus adhaerent. Certo certius ajunt existimandum est ante Hieronymum, ejusque tempore, Textum Hebraeum fuisse authenticum, si enim, inquit Ribera c. IX. in Oseam, Prototypi Hebraei depravati tunc erant, cum nostra Editio sit ex illis deprompta, omnino & illa depravata erit, & vera & incorrupta Scriptura Ecclesia caret,

ret, quo quid turpius dictu, quid insanius „ ? Huic vero, aliisque Catholicis eruditis facile concedendum non est Hebraeum Textum, Hieronymi aetate, fuisse authenticum. Quae omnium, inquit Ca.VIII. de V.R.Cardin. Gotti, Ecclesiarum usu tunc temporis consecrabatur, erat Versio LXX.: Ex hac factae fuerant Translationes latinae: haec in omnium manibus erat, adeout quando Hieronymus Editionem suam ex Hebraeo instituens diversa proferre coepit, aliqua etiam addere, vel detrahere ex Hebraeo ab his, quae in Versione LXX., vel Vulgata Itala legebantur, commoti fuere non pauci Ecclesiarum Praesules, quod certe non accidisset, si Hebraeus Textus pro Authentico tunc habitus fuisset. Quae componere volens S. Augustinus lib. XVIII. de Civit. Dei cap. 43., & 44. censuit, integram Scripturam Divinam esse desumendam, non ex solo Textu Hebraeo, sed ex eo, & Versione LXX. simul asserens per utrosque locutum fuisse S. Spiritum, & utramque esse Scripturam Divinam, ex qua utrinque deprompserunt testimonia Christus, & Apostoli, ita cap. XLIV. concludens: Unde etiam ego, pro meo modulo, vestigia sequens Apostolorum, quia & ipsi ex utrisque, idest ex Hebraeis, & septuaginta posuerunt, utraque auctoritate utendum putavi, quoniam utraque una, atque Divina est „. Cum igitur tute, se unico Hebraeo Textu, uti non posse censeret S. P. Augustinus, merito de authenticitate Textus Hebraei, Hieronymi tempore, licet suspicari.

§. V.

De Canone veteri, & hodierno.

Amplam nunc aggredimur de Judaico Canone provinciam, cui nonnulla statuimus praemittenda. Potestatem fecerat Cyrus Persarum Rex Judaeis, post tot tantasque perpessas calamitates, sicut in excidio Templi, urbisque Jerusalem Nabuchodonosoris opera, ac Duce Nabuzardane,

ne, ita & in septuaginta annorum miserrima captivitate, potestatem, inquam, illis fecerat patrium adeundi solum, templumque reaedificandi. Praeeunte Zorobabele, aliisque Ducibus, quos inter Josue, & Nehemias, populus Israel pristinas viserat sedes, & Jerusalem petiit, ubi altare Deo erexit, holocaustum obtulit, solemnitatemque tabernaculorum, sicut scriptum erat in lege Moysi, fideliter celebravit. Samaritanis frustra renitentibus, ex indulgentia Darii latum a Cyro decretum confirmantis, sexto regni illius anno, Templum fuit absolutum, Deo piissime dicatum, & Pascha die quartadecima mensis primi immolatum. Post haec, Esdra scriba Artaxersi peracceptus, in lege Dei Coeli versatissimus, assumptis comitibus, de Babylone Jerusalem ascendit, atque inter reliquas pietate plenas, omnique praeconio dignas ejus sollicitudines, illam vel maxime de Sacrorum Codicum instauratione, corde, & animo gessit. Haud levis jam suboritur disceptatio, an scilicet Esdra Spiritu Sancto afflatus libros omnes veteris legis, partim in Hierosolymitano excidio, partim in captivitate deperditos, noviter ediderit, vel potius libros tot temporum vicissitudinibus interpolatos, atque corruptos, redegerit in unum volumen castigatos, & emendatos? Ex vetustis Patribus, S. Irenaeus lib. III. adversus haer. cap. 25., modo 21., Clemens Alexandrinus lib. I. Stromat., Basilius in epistola ad Chilonem primae subscripserunt sententiae, quae & recentiorum non paucis arridet. Hieronymo, qui secundo loco positam eligit cap. III. adversus Helvidium, malumus adhaerere; dum interim Hilarium Prologo in Psalmos, Chrysostomum Homilia VIII. in Epistolam ad Hebraeos, nobis adstipulari non ignoramus. Re sane vera, etsi in urbis desolatione, ac Templi incendio, sacri in hoc asservati libri fuerint combusti, credibile ne est, ut apud privatos Judaeos, qui legem maximo habebant in pretio, nulla superfuerint exemplaria? Quis dixerit Tobiam, Ezechielem, Mardochaeum, aliosque Judaeos, ante in captivi-

vi-

vitatem cum rege Joackim abductos ; quam excidium Hierosolymitanum ingrueret, ne unum quidem legis librum retinuisse? Nonne Hieremias Propheta, mandante Nabuchodonosore, a Naburzadane nulla gravatus injuria facile sacrum Codicem potuit custodire? Legere est Machab. II. cap. II. v. 5. Hieremiam e conflagratione Hierosolymitana, Arcam Domini, Tabernaculum, & altare incensi eximere potuisse; Quid ni sacros quoque libros flammis ereptos hinc non sit conjectandum? Esdram itaque Sacrorum Codicum agnoscimus, Deo opitulante, reparatorem, auctoremque Canonis Judaeorum, curante Synedrio magno, atque adprobante, non vero ex integro illorum noviter conscriptorem. At enim apud Judaeos in more positum erat, quomodo Josephus lib. I. contra Appionem testatur, ut post exitialia bellica detrimenta, Sacri Codices opera superstitum Sacerdotum recognoscerentur, atque repurgarentur, quemadmodum contigit post Anthiocum Epiphanem, Sacris Codicibus infensissimum, itidemque post Pompejum magnum, & Quintilium Varum, qui castra adversus Judaeos duxerant, dubium excitatur, an praeter Esdrinum Canonem, quo primum Sacri libri ex legitima auctoritate, ut divini populo fuere propositi, alii subinde libri Canoni fuerint adjecti, ita ut hic geminus, vel etiam triplex sit agnoscendus? Qui postremo sapiunt modo, conjecturis potius levissimis, quam solidis fundamentis nobis videntur inniti. Exadverso opinamur Libros Baruch, Tobiae, Judith, Sapientiae, Ecclesiastici, atque Machabaeorum (quos illi in Hierosolymitanis comitiis Synagogae magnae, quum nempe sub Eleazaro Pontifice, de mittendis ad Philadelphum libris actum fuit) in Canonem dicunt cooptatos, opinamur, inquam, libros recensitos apud Judaeos ceu Sacros, atque Canonicos non audivisse. Viginti, ac duo tantum numerat Josephus lib. I. contra Appionem Divinos Judaeorum Codices. Alii post tempora Artaxersis Esdrae Synchroni exarati, simili fide, eodem testante, digni habiti

biti

biti non sunt, propterea quod non fuerit certa successio Prophetarum. Lubet interim Judaeorum Canonem praeeunte Hieronymo in Prologo Galeato, sic describere. *Genesis*, ducto titulo ab initio libri, Hebraice dicitur בראשית *in principio*. *Exodus* similiter appellatur ואלה שמות *Et haec sunt nomina*. *Leviticus* item ויקר *Et vocavit*. *Numerorum* liber audit pariter apud Hebraeos וידבר *Et loquutus est*. Deuteronomium quoque vocatur אלה הדברים *Haec sunt verba*. Quinque hi sunt libri Moysis, quos proprie תורה *Legem* appellant. Sextus, qui primus est apud Hebraeos librorum secundi ordinis, latine dicitur *Josue*. Hebraice vero יהושע בן נן *Josue filius Nun*. Septimus est *Judicum*: apud Hebraeos שפטים: Huic adnectitur רות *Ruth*. Octavus שמואל *Samuel*. Apud nos vero *primus*, & *secundus Regum* audit. Nonus מלכים *Regum*. In Vulgata *tertius*, & *quartus Regum*. Sequitur decimus ישעיה *Isaias*. Undecimus ירמיה *Jeremias*. Duodecimus יחזקאל *Ezechiel*. Decimus tertius תרי עשר Duodecim Prophetarum minorum. Decimus quartus איוב *Job*; qui & primus habetur sequentium agiographorum, videlicet דוד *David*. Hunc librum Hebraei comprehendunt quinque incisionibus, & uno volumine Psalmorum. Decimus sextus שלמה *Salomon* tres libros habens, nimirum Proverbiorum, quae illi מישלי idest *Parabolas* appellant. Decimus septimus קהלת; qui *Ecclesiastes* dicitur. Decimus octavus שיר השירים Apud nos, *Canticum canticorum*. Decimus nonus דניאל *Daniel*. Vigesimus דברי הימים *Verba dierum*. Apud nos primus, & alter *Paralipomenon*, seu *praetermissorum*. Vigesimus primus עזרא *Esdras*. Vigesimus secundus אסתר *Esther*. Hi sunt ex Hieronymo libri, quos Judaei in Canone complectebantur, quamvis, ut ipse refert, nonnullis olim videretur superaddendos esse libros רות וקינות *Ruth*, & *Cinoth*. Hieronymum secuti sunt S. Epiphanius lib. de Ponderib. & Mensur. cap. III., Damascenus lib. IV. Fidei Orthodoxae cap. XVII., aliique. Parum, nisi vehementer fallimur, illi urgent, qui regerunt Nehemiam

librum ejus nomine inscriptum, quique secundus Esdrae dicitur, Canoni de novo adjunxisse, atque Judam Machabaeum, post immanissimam Antiochi saevitiem, novo quoque Canoni perficiendo operam navasse. Nehemias siquidem, Esdra suadente, scribendo animum applicuit, & hic Nehemiae librum veluti suum in Canone recensuit: Judas vero Machabaeus sacros libros, quos omnes flamma vorasset, si pessimi Antiochi votis factum fuisset satis, recollegit, cumque probatis exemplaribus contulit, repurgavitque, ac veterem emendatum, non de novo confectum Canonem vulgavit. Caeterum longe aliter apud nos se res habet, si de Scripturarum Canone, quatenus a Catholicis est agnoscendus, sermo fiat. Illud in primis cum expolitissimo, ac eruditissimo Melchiore Cano lib. II. de Loc. Theolog. cap. 7. firmissime tenemus, judicium de Canonicis Scripturis per Scripturas ipsas satis idoneum esse non posse, deinde earum canonicitatis judicium ad privatos christianae Reipublicae cives non pertinere, benevero Ecclesiae, ejusque visibilis Capitis esse, quinam liber sit Canonicus, determinare, atque hinc certam esse regulam ad libros, vel in Sacrorum numero recipiendos, vel etiam ex numero rejiciendos. Hanc tenuit Irenaeus, hanc S. P. Augustinus, tum in lib. cont. Faustum, tum secundo libro de Doctr. Christ. cap. VIII. Non taedet ejus mentem, ex loco mox laudato, oculis subjicere. In Canonicis Scripturis Ecclesiarum catholicarum, quamplurium auctoritatem sequatur, inter quas sane illae sunt, quae Apostolicas Sedes habere, & Epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in Scripturis canonicis, ut eas, quae ab omnibus accipiuntur Ecclesiis catholicis, praeponat eis, quas quaedam non accipiunt: in eis vero, quae non accipiuntur ab omnibus, praeponat eas, quae plures gravioresque accipiunt, eis quas pauciores, minorisque auctoritatis Ecclesiae tenent: si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi, quanquam hoc invenire
non

non possit, aequalis tamen auctoritatis eas habendas puto. Totus autem Canon Scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus, his libris continetur. Quinque Moyseos, idest Genesi, Exodo, Levitico, Numeris, Deuteronomio; & uno libro Jesu Nave, uno Judicum, uno libello, qui appellatur Ruth, qui magis ad Regnorum principia videtur pertinere; deinde quatuor Regnorum, & duobus Paralipomenon, non consequentibus, sed quasi a latere adjunctis, simulque pergentibus. Haec est historia, quae sibimet annexa tempora continet, atque ordinem rerum: sunt aliae tanquam ex diverso ordine, quae neque huic ordini, neque inter se connectuntur, sicut est Job, & Tobias, & Judith, & Esther, & Machabaeorum libri duo, & Esdrae duo, qui magis subsequi videntur ordinatam illam historiam, usque ad Regnorum, vel Paralipomenon terminatam: deinde Prophetae, in quibus David unus liber Psalmorum, & Salomonis tres, Proverbiorum, Cantica canticorum, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri, unus qui Sapientia, & alius, qui Ecclesiasticus inscribitur, de similitudine Salomonis esse dicuntur: nam Jesus filius Sirach eos conscripsisse constantissime perhibetur, qui tamen, quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorum libri, qui proprie Prophetae appellantur, duodecim Prophetarum libri singuli, qui connexi sibimet, quoniam nunquam sejuncti sunt, pro uno habentur, quorum Prophetarum nomina sunt haec, Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michaeas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias, deinde quatuor Prophetae sunt majorum voluminum, Isaias, Jeremias, Daniel, Ezechiel. His quadraginta quatuor libris Testamenti veteris terminatur auctoritas. Novi autem quatuor libris Evangeliorum, secundum Matthaeum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Johannem: quatuordecim Pauli Apostoli Epistolis, ad Romanos, ad Corinthios duabus, ad Galatas, ad Ephesios,

sios, ad Philippenses, ad Thessalonicenses duabus, ad Timotheum duabus, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos; Petri duabus; tribus Johannis; una Judae, & una Jacobi; Actibus Apostolorum libro uno, & Apocalypsi Johannis libro uno. „ Neminem interim moveat Sanctum Doctorem Baruch non meminisse, cum enim iste Hieremiae Prophetae Scribae officium praestiterit, Prophetiam Baruch tanquam Hieremiae partem quandam non secus ac veteres bene multi fecerunt, quod fuse probat Canus libro superius relato cap. XI., ita & Augustinus computavit. In dubium saepe vocatum est, an septem veteris Testamenti Libri, Baruch, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, & bini Machabaeorum Canonici forent habendi. Ex Novo pariter Testamento eadem efferbuit controversia de Epistola Pauli ad Hebraeos, de epistola secunda Jacobi, de secunda Petri, geminisque posterioribus Johannis, de Epistola Judae, & libro Apocalypsis. Ast haereticum plane foret, post Concilii Tridentini hacce de re latum decretum, eorum aliquem e Canone expungere. Nihilotamen minus sciscitanti, quonam catholicae Ecclesiae tempore, ante Tridentinum Concilium, Scripturarum Canon, quem nunc veneramur, primum ac universim fuerit receptus, respondendum esset, ejusmodi quaestionem difficilimae esse solutionis. Certe S. P. Augustinus libros illos omnes, quos Canonicos ipse habuit, a singulis catholici orbis Ecclesiis non fuisse receptos, satis aperte declarat in regula, quam, ut nuper dictum est, ejus Canoni praeponit. Primus ante magni Parentis obitum editus Catalogus, in quo liber Sapientiae, Ecclesiasticus, Tobias, Judith, & bini Machabaeorum descripti sunt, ex decreto Concilii Hipponensis anni tercentesimi nonagesimi tertii est repetendus. Concilium Carthaginense III. anno 397. vel 98., itidemque anno 419. decretum illud confirmavit. Ex Romanis Pontificibus Innocentius I. Albanensis anno 402. inauguratus, in Epistola ad Exuperium Tolosanum Episco-

scopum cap. ultimo , memoratos libros Scripturis Sacris accensuit. Idem solemnitus praestitit S.Gelasius I. Afer, qui exeunte fere saeculo quinto , praeter alia pie , ac saluberrime gesta , coacta septuaginta Episcoporum Synodo, libris Canonicis ab apochryphis secretis, quosnam sancta, & catholica Romana Ecclesia libros sacros susciperet , declaravit , decrevitque . Oecumenicum sextum Concilium, annuente Romano Pontifice S. Agathone , a piissimo Imperatore Constantino Pogonato anno 680. in Constantinopolitano Trullo congregatum (*Trullanum* proinde a trulissatis aedibus dictum) cum Carthaginensi Concilio libros omnes ab illis Patribus Canoni adscitos approbavit, & confirmavit. Nec movere nos debet, ut lib. II. de Loc. Theol. cap. IX. inquit Canus, quod Trullana illa Synodus concilium Carthaginense probasse legitur, non Concilia. Quoniam apud Graecos Carthaginense unicum est, quod Graecum vocatur, in cujus XXIV. cap. haec habetur sacrorum librorum annumeratio. Tametsi patres Trullanae Synodi non Concilium Carthaginense probent numero singulari , ut Gratianus accepit, sed canones editos in nova Carthagine „. Accedit Oecumenicum Florentinum Concilium , cui praefuit summus Pontifex Eugenius IV. anno 1439., ac postremum, omnium generalium corona, Tridentinum, sub Paulo III. Farnesio inchoatum, ab Julio III. instauratum, atque sub Pio IV. Medicei generis Mediolanensis absolutum, atque confirmatum. In hocce porro Sessione quarta anathema dicitur cuilibet scienter contemnenti aliquem ex recensitis in decreto ejus libris . Sacrosancta haec Synodus cunctis fidelibus injunxit libros illos cum omnibus suis partibus , (prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt, & in veteri Vulgata latina editione habentur) indiscriminatim ceu sacros, & Canonicos habere, & quamquam potuisset , tamen prudentis oeconomiae caussa , noluit in decreto duplicem Canonicorum librorum ordinem commemorare, primum nempe eorum, de

de quorum authoritate nulla unquam fuit inter Catholicos disceptatio, alterum eorum, qui non semper aeque certae, & exploratae fuerunt authoritatis, sed poterant tamen Εκκλησιάζεσται, scilicet legi in Ecclesiis, atque recitari, ut inquit S. Hieronymus ad aedificationem plebis, non ad authoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Caeterum, testante amplissimo Cardinali Pallavicino, in Hist. Concil. Trident., propositum quidem fuerat Patribus, ut duplex in decreto innueretur Librorum Canonicorum ordo, sed abnuerunt; advertentes, quod viris doctis rem ita se habere, aliunde poterat innotescere. Ad primum ordinem, ex veteri Testamento, pertinent quotquot fuerunt Hebraice conscripti. Ad secundum ordinem refert Sixtus Senensis additamentum ad Librum Esther, quod D. Hieronymus ex Graeco vertit, & observat in fonte non reperiri, imo a se obelo transfixum esse. Hocce in ordine similiter a Sixto constituuntur oratio Hieremiae, Liber Baruch, historia Susannae, Oratio Azariae, hymnus trium puerorum, Belis historia, quae de Theodotione se transtulisse scribit Hieronymus, cum in Hebraeo non legerentur. Ejusdem quoque ordinis sunt Sapientia Salomonis, Sapientia Jesu filii Sirach, pars Esther, Judith, Tobias, de quibus B. Athanasius in Synopsi dicit non fuisse Canonicos, sed tamen praelectos Cathechumenis. Tandem libros Machabaeorum inter eos numerat Sixtus, quibus contradiceretur, seu qui apocryphi putarentur. In Novo Testamento censentur secundi ordinis Marci caput ultimum, Lucae historia de sudore Christi sanguineo, & apparitione Angeli, Johannis historia de muliere adultera, Epistola ad Hebraeos, Jacobi Epistola, Petri Epistola secunda, Johannis secunda, & tertia, Judae Epistola, Johannis Apocalypsis. Haec ex Apparatu Biblico Bernardi Lamy lib. II. cap. V., ubi Ανατύπωσι dignum observavimus, quod scribat libros secundi ordinis, non habere eandem cum libris primi ordinis authoritatem. *Idcirco* (perperam

ram inquit) *libri qui in secundo Canone sunt , licet conjuncti cum caeteris primi Canonis , tamen non sunt ejusdem authoritatis .*

§. VI.

De Chaldaeis Paraphrastis , & Pentateucho Samaritano .

Postquam primigenius Hebraeus Textus Esdrinis characteribus , ut diximus sub §. III. , fuerat exaratus , Chaldaicae paraphrases , quae magno ad ejus intelligentiam esse poterant adjumento , fuerunt adornatae. Ante vero , quam de illis satis pro re nostra agamus , pauca lubet de lingua Chaldaica cum doctissimo Angelo Caninio observare. Isthaec interdum Babylonica , & Syriaca interdum nominatur . Eae , inquit Caninius *Anglarensis* , vetustate tantum differunt . Babylonica enim , quae Aramaea , vel Mesopotamica , aut etiam Assiriaca nominatur , antiquissima est . Ea locutus est Laban : (nam Abraham in Chaldaea habitasse , sed Hebraice locutum esse vetustissimi Hebraeorum doctores autumant) quam Daniel cum sociis suis didicit , atque in Vaticiniis usurpavit . Esdras quoque , Onchelos , & Jonathan ea usi sunt , sed non adeo eleganter duo posteriores . Caeterum Syriaca , non multo ante Christi aetatem , florere coepit . In quam Aquila proselytus , Joseph coecus , aliique Hagiographorum paraphrastae libros aliquot veteris Testamenti converterunt : Qua demum Christus , & Apostoli laetissimum Evangelii nuncium , nempe בְּסוֹרְתָא Orbi tulerunt . Haud magnum tamen inter hanc , illamque discrimen animadvertas , nisi quod illa purior , haec copiosior , ascitis scilicet multis e Graeca vocabulis . Id quod ex Hebraeorum antiquitatibus , colligi facile potest . Hactenus Caninius in praefat. ad Institutiones linguae Syriacae , Assiriacae , atque Thalmudicae. Propius vero ad rem

rem accedentes advertimus, triplicem esse apud Hebraeos Sacrorum Librorum distributionem, nimirum in Pentateuchum, seu Legem, in Prophetas, & Agiographos. Ad Propheticos referunt libros Josue, Judicum, Regum, trium Prophetarum majorum, duodecim minorum, quatenus a viris scripti sunt, qui ex officio, Prophetico ministerio fungebantur, licet partim historicos, partim propheticos esse, liquido pateat. Inter agiographos recensent Job, Psalterium, libros Salomonis, Danielis, Esther, & Ruth, qui etsi multa prophetica complectantur, tamen eorum authores ex ministeriali Prophetico officio eos non descripsere, adinstar illorum, qui missi a Domino fuerant, ut nomine ejus populum alloquerentur. Tres in illos libros, juxta triplicem classem, Paraphrases Chaldaicae prodiere, quas a Chaldaico nomine *Targum*, hoc est *interpretatio*, plurali numero *Targumin* appellarunt. Onkelos ab Judaeis creditur primus paraphrasis chaldaeae in Pentateuchum auctor, & magni Hillelis discipulus, qui multis ante Christum annis floruit, quique perperam a nonnullis confunditur, ob aliquam nominis ομιόστηθεν, cum Aquila Pontico, qui secundo Ecclesiae saeculo Vetus Testamentum Graeco idiomati reddidit. Jonatham Benuziel in libros Propheticos paraphrasim exaravit. Hunc putant Judaei Onkelo coaevum, tum propter stili puritatem, tum etiam quod ejus paraphrasis in antiquis Judaeorum libris laudetur. Agiographorum paraphrastem agnoscunt illi quendam Josephum, qui caecus, aut luscus dicitur. Ex iis, ait Eminentissimus Cardinalis Gotti in opere de Verit. Religionis cap. III. §. II., quae in hac paraphrasi allegantur, plane constat, eam non fuisse editam ante quintum Ecclesiae saeculum; reperta enim est variis idiomatibus, videlicet Syriaco, Graeco, Latino, ac praeterea mentionem habet Turcarum, Mischnae, & Constantinopolis „. Sed paraphrasibus Onkelos, & Jonathanis paullulum insistamus. Sin minus gratis, certe non sat firma traditione, asserunt Judaei Onkelosum, pa-

paraphrasim ejus a Rabbinis Eliezer, & Jehosue, hosque a Prophetis accepisse; Idem ferendum judicium de Jonathanis paraphrasi, quam volunt a Zacharia, Aggaeo, & Malachia esse auspicandam. Nihilominus, quidquid alii sentiant, utrumque ante Christum natum extitisse paraphrastem, plura nobis videntur, eaque solida momenta suadere. Obstat huic antiquitati, regerunt illi, altum de ejusmodi paraphrasibus silentium, non modo apud eruditissimum Origenem, Epiphanium natione Judaeum, & maximum Hieronymum; verum etiam apud Flavium Josephum. Sed hocce negativum argumentum satis inde eliditur, quod ante typographicae artis inventionem, numero perpauca earum forent exemplaria; siquidem, ut ait Elias Levita in Praefatione his paraphrasibus praeposita, *non extabat Targum Prophetarum, & agiographorum, nisi vel unum in tota quadam provincia, vel ad summum duo exemplaria in uno climate*. Accedit, quod Judaeorum calliditas, & perfidia eas, quo magis fieri posset, Christianis occultas vellet, ne exinde adversus se ipsos arma desumerentur: Loca enim complura illis in paraphrasibus, fidem nostram de Messia confirmant. Unum tantum, & alterum superaddimus, nimirum Onkelianam paraphrasim, quam summus ille vir Cardinalis Ximenes suis Bibliis alicubi emendatam inseruit, caeteris praestare, sed indubiae non esse auctoritatis; ac demum elaborandum esse a viris Hebraico-Chaldaice peritis, ut paraphrases istae in Vulgatae nostrae illustrationem, & generatim in Christi Ecclesiae cedant utilitatem. Ad Pentateuchum Samaritanum jam lubet descendere, in quo, perhibente Hieronymo, Hebraeus Textus non modo, quoad significationem, verum etiam litterarum figuras, apicesque fuit asservatus. Quomodo factum fuerit, ut post duplex Judaici populi schisma, Regni nimirum, & Religionis, tamdiu perstiterit, non facile evolvitur: Certum quippe est Samaritanos, Jeroboamo mandante, fuisse idololatriae addictos,

& postea hacce de re , sic Deo optimo Maximo disponente , a Salmanassare in Assiriam captivos fuisse deportatos , ita ut Gentilium Assiriorum coloniae in Samariam mitterentur . Sunt qui ita rem componunt , ut sua probabilitate non carere affirment , Sacerdotem a Salmanassare missum ad novas Samariae colonias de legitimo Dei Israel cultu imbuendas , suum secum tulisse antiquum Pentateuchi Codicem , cujus apographa apud Samaritanos perseveraverint . Hisce subscribit Cardinalis Gotti in opere : *Veritas Religionis &c.* Tom. II. cap.3. num. IV. ; Sed nodus iste insolutus adhuc nobis videtur : cum enim Deo rebellis Jeroboam sacerdotes constituisset non de Tribu Levi , eosque ex infima plebe , cumque ante subactam trium obsidione annorum Samariam , vera Religio ibi penitus excidisset , incertum apparet , quod sacerdos a Salmanassare Samariam remissus Pentateuchi Codicem possideret . Restitutus utique fuit Samariae ex parte Dei cultus , dum urbi praesset Sanaballat , qui a Dario primum , deinde ab Alexandro magno facultatem reaedificandi Templi impetrarat , illucque opera Manassis , qui ad eum una cum asseclis defecerat , Judaeorum cerimonias avocavit , teste Josepho lib. II. Antiq. c.VIII. ; Verum neque hinc lux affulget , ut de modo quo Pentateuchus Samaritanus perduraverit , aliquid statuamus . Magis adhuc magisque hacce super re in haesitatione versamur , si animadvertamus , quod multi tradunt , Samaritanos Antiochi Epiphanis persecutione territos , ad Ethnicorum ritus defecisse , & Templum Garizim , propter quod jamdiu invisi erant Judaeis , Hellenio devovisse . Attamen exploratum est illos , aliquot ante Christum annis (quamquam in multis Religionis caussa ab Judaeis dissiderent) verum Deum agnovisse , Messiam expectasse , ut patet ex colloquio Jesu Christi cum Samaritana apud puteum in Evangelio Johannis cap. IV. Etsi vero durationis Pentateuchi apud Samaritanos ignoremus modum ; nihilominus fulti praesertim Hieronymi auctoritatem

tate eum agnoscimus, atque probamus. Harlaeus de Sanci Congregationis Oratorii presbiter, ex oriente illius exemplar asportavit, publicique juris fecit Parisiis anno 1581. consodalis ejus Morinus. An genuinum foret inter eruditos hinc, & inde discussum fuit. Novatores Photium secuti, partim ex Hebraeo, partim ex Graeco conflatum habuere, atque a Dosithaeo quodam, quem Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos Samaritanorum principem, & Prophetarum repudiatorem vocat, interpollatum autumarunt. Alii ex adverso parvifacientes quotquot inter ipsum, ac Textum Hebraeum occurrunt variantes, germanum esse propugnarunt, atque his adhaesit Waltonus Prolegom. XI. in Biblia Poliglotta. Ambigendum non est per id quoque temporis extare versiones Pentateuchi Samaritani, alteram Arabicis characteribus, phrasi, ac idiomate Samaritanam, alteram vero Syriacis, seu chaldaicis litteris exaratam.

§. VII.

De Septuaginta virali.

Historiam versionis septuagintaduo Interpretum, communiter LXX. appellatam, qua de scripsit Aristaeas, Josephus, Philo, inter figmenta prorsus rejicere, eorum est qui ακρατῶς, ϗ ἐκλημματικῶς iniquam sibi arripiunt quidlibet susque deque vertendi potestatem. Ejusmodi Aristarchis ansam praebere possunt, quod ad rem attinet, Scaliger in Chronic. Euseb., Richardus Simon in Histor. Crit. V. T., Henricus Valesius in lib.V. histor. Eccles., aliique rati foetum illum esse cujuspiam, aut paucorum Judaeorum ex Hellenistis, qui ut fidem operi conciliarent, & vota Ptolomaei Regis de Hebraeorum voluminibus Graecae linguae tradendis, & missionem ἀντὶ τούτου LXXII. Seniorum, annuente P. M. Eleazaro, & alia huc spectantia contemptu, risuque digna excogitarint. Opus, sic

sic isti Sophi habent, ab Hellenistis elaboratum, coeperat in eorum Synagogis publice lectitari. Magnum Hierosolymitanum Synedrium ex LXXII. Senioribus coalescens judicavit e re esse sua, Graecanicas cognatorum litteras despectui non habere; imo potius plenis suffragiis adprobare: En Versionis, iis auditis, LXX. origo, & denominatio. Quae quidem si ita sint, nedum fere omnes inter prophanos, fide digni historiographi mentis oculis caligarunt, verum etiam sapientissimi Ecclesiae Patres miserandum in modum sunt hallucinati. Vah procax, & effrena detrectandi libido! Magno Augustino duce in lib. VIII. de Civit. Dei cap. 43., historiam Versionis LXX. (etsi apud Aristaeam laciniis non carere nobis videatur) quoad substratum probamus, atque veneramur. Spiritus, ibi inquit S. Pater, qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in septuaginta Viris, quando illa interpretati sunt „. De quibusdam vero historiae adjunctis, iisque vel maxime ab Aristaea, & Josepho minime recensitis, inhaerenti mox laudati Doctoris vestigiis in lib. II. de Doctr. Christ. liceat fluctuare. Interim historiae, qua de agitur summam nobis exhibet in Apparatu Biblico lib. II. cap. 10. Bernardus Lamy. Cum Rex Aegypti Ptolomaeus Philadelphus libros omnis generis conquireret, ut Bibliothecam suam magnis sumptibus Alexandriae structam ornaret, suasu Demetrii Phalerii, quem bibliothecae praefecerat, Judaeorum leges, & Religionem, cum ipsorum sacris libris in bibliothecam suam inferri voluit, & ut in linguam Graecam, quae omnium longe propagata, & sibi optime nota erat, verteretur. In hunc finem legationem honorificam misit, cum literis, & magnificis in usum Templi donariis ad Eleazarum Judaeorum Pontificem, postulans, ut libros suos sacros ad ipsum mitteret una cum viris, tam doctrina, quam aetate, & moribus conspicuis, qui ad tantum opus conficiendum idonei essent. Aristaeas unus fuit ex his legatis, ipse inter proceres Ptolomaei summus. Eleazarus

rus

rus autem ille, ad quem legatio, juxta Josephum, Oniae primi filius erat, Simeonis justi frater, de quo Siracides cap. 10. loquitur, & Jaddi nepos, qui dicitur Alexandro magno obviam ivisse, & illi Judaeos conciliavisse. Eleazarus convocato Concilio viros elegit ex qualibet Tribu sex, & misit ad Regem una cum exemplari Librorum sacrorum, quod ex multis membranis artificiose connexis constabat, pro more Judaeorum, & litteris aureis erat descriptum. Rex summo gaudio eos excepit, & volumina sacra venerabundus aspexit: post multa vero convivia, & colloquia, in insulam Pharum, septem stadiis ab Alexandria distantem, remisit, assignans eis procul a strepitu domum divinis contemplationibus idoneam. Eo in loco omnibus necessariis instructi versionem ex Hebraica in linguam Graecam inchoarunt, quam cum absolvissent spatio LXXII. dierum, eam jussu Demetrii in praesentia Sacerdotum, & Principum Judaeorum totiusque populi Judaici, quorum multi erant in Aegypto, legerunt. Ab omnibus acclamatum bene, & fideliter omnia translata esse: utque rata in perpetuum maneret ista versio, neminique aliquid in ea mutare liceret, dira imprecati sunt in omnes, qui quicquam in ea mutare tentarent. Rex vero, cum omnia ei perlecta essent, Legislatoris sapientiam admiratus, libros religiose asservari jussit, permittens Judaeis Principibus synagogarum, ut exemplaria describerent in usum suum: ipsos vero LXXII. Interpretes cum donariis magnis permisit redire in patriam; simul dimisit liberos centum viginti mille Judaeos captivos, quorum pretium redemptionis ipse persolvit. Tum exemplar Hebraicum, tum ipsam Versionem in Bibliothecam collocavit Demetrius „. Haec vero ex Philone potissimum deprompta Criticis etiam sanae mentis, ac temperantioribus paria non sunt. Quinimo & ipsi Ecclesiae Patres, quamvis uno ore Versionis LXX. praedicent auctoritatem, quod spectat ad historica ejus adjuncta, inter se distrahuntur. Coeptam, absolutamque fuis-

fuisse Regnum moderante Ptolomaeo Philadelpho, qui Regiam Alexandriae Bibliothecam, curante Demetrio Phalereo, mirum in modum auctam possidebat, Eusebius, Epiphanius, aliique plures cum veteres, tum recentiores tradiderunt. Ex adverso stat Irenaeus lib. III. cap.25. affirmans, versionem illam ad tempora Regis Ptolomaei Lagidis esse referendam. Clemens Alexandrinus lib. I. Stromatum, utramque ita exponit opinionem, ut postremam censeat majori fretam extrinseca authoritate. S. P. Augustinus loco supra citato abstinet a cognomento illius Ptolomaei, sub cujus imperio factum est, ut sacri Hebraeorum libri Graeco idiomate conscriberentur. Non desunt, qui cum Gerardo Johanne Vossio lib. I. cap. 12., utramque sententiam velint conciliare ex testimonio Anatolii, qui apud Eusebium lib. 7. hist. c.32. de Aristobulo sermonem instituens inquit, illis esse adnumerandum, qui sacra Hebraeorum volumina in gratiam Ptolomaei Philadelphi, & parentis ipsius interpretati sunt. Hinc ad utriusque tempora ita versionem referunt, ut sub uno fuerit promota, & altero Regnante completa. Haec porro conciliationis ratio, quae suis non caret fundamentis sat nobis arridet. Quid vero de senioribus LXXII. ab Eleazaro constitutis, ut in novo adornando opere pro Ptolomaei votis bene, fausteque cederent omnia? Utriusque linguae Hebraicae nimirum, & Graecae fuisse scientissimos, neque minus legis peritos, res ipsa loquitur, ac veteres ferme omnes Patres, & interpretes tradiderunt. Haud tamen aeque compertum, an Synagogae magnae forent assessores, vel potius e gremio uniuscujusque Tribus assumpti. Eleazari epistola ad Ptolomaeum, Josephus lib. II. Antiquitat. cap. 2., Eusebius lib. VIII. Praeparat. Evangelicae, S. P. Augustinus lib. XVIII. de Civit. Dei, aliique eorum favent sententiae, qui malunt e singulis Tribubus senes, juxta Ptolomaei petitionem, fuisse assumptos, atque delegatos, iisque facile assentimur. Sed in eo quoque dissident Ecclesiasti-

sti-

stici, prophanique scriptores, ubinam septuagintaduo Interpretes Versionem absolverint, an in cellulis divisi, & mutuo congressu prohibiti, nec ne? Inclusos fuisse singulos Seniorum, vel saltem binos apud Pharum in cellulis, omnium fortasse primus scripsit in oratione ad Gentes S. Justinus, qui & eas suismet vidisse oculis testatur inquiens: Haec vobis viri Graeci, non ut fabulam, neque ut confictam historiam renunciamus; sed qui ipsi Alexandriae fuerimus, & vestigia domunculatum apud Pharum adhuc reliqua, viderimus: ab incolis, qui res patrias a Majoribus per manus sibi traditas acceperunt, audivimus, commemoravimus &c. „ Justinum sequitur Irenaeus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Epiphanius. Aliter vero Hieronimo visum est in lib. II. adversus Rufinum, & Praef. in Pentateuc. sic mentem ejus aperiendo: Nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriae mendacio suo extruxerit: quibus divisi eadem scriptitarint: cum Aristaeas ejusdem Ptolomaei ὑπερασπιστὴς, & multo post tempore Josephus, nihil tale retulerint: sed in una basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Ita Hieronymus. Jam vero S. P. Augustinum consulamus. Is tum in lib. II. de Doctr. Christ. cap. XV. tum in lib. XVIII. de Civit. Dei cap. XLIII. majorum referens invicem adversas de cellulis opiniones, ancipitem, ac modestissimum sese prodit; atque hinc Hieronymo subscribendi occasionem nanciscimur: Dum tamen huic Sancto Doctori sic fidem adjungimus, non eadem perspicuitate mens ejus nobis affulget, ubi sermo est de librorum numero, quos septuaginta transtulere. Narrantibus Aristaea, & Josepho legem a Senioribus Graece fuisse redditam, postremum hunc laudat Hieronymus, veluti asserentem Pentateuchum dumtaxat versum fuisse: Sic enim habet in Prooemio Quaest. Hebraic. super Genesim: Accedit ad hoc quoque, quod Josephus, qui LXX. Interpretum ponit historiam, quinque tantum ab eis

eis libros Moysi translatos refert , quos , nos quoque confitemur , plusquam caeteros cum Hebraicis consonare ,, . Parum ab hisce dissonant, quae eadem super re habet cap. v. in Ezechielem , & in capite secundo Michaeae. Cum tamen in pluribus anteloquiis , & in lib.II. adversus Rufinum Septuaginta viralem ad quinque Moysis libros minime coarctatam , se agnoscere fateatur ; illum sic explicamus , ut ubicumque nutans videtur , aut male feriatam Judaeorum opinionem de quinque tantum translatione librorum recitet , vel de ejusmodi quaestione ex professo non agat. Caeterum a Senioribus libros omnes in Esdrino Canone tunc conclusos , fuisse interpretatos , Graeci , Latinique Patres conveniunt , & Judaeorum bene multi non audent refragari.

§. VIII.

De eadem Versione LXX.

Ex admirabili divinae dispensationis oeconomia factum credimus , ut longe ante Christum Dominum natum , ex Hebraeo Codice Graeca Septuaginta viralis obtineret. Passa jam fuerat humanarum inconstantia rerum , atque vicissitudo , ut arrepto , ab Alexandro Magno Rege Macedonum , Orientis Imperio , ac inter praecipuos ejus commilitones , postquam extremum diem clauserat , distributo , Graeci consuetudo sermonis in toto Oriente , Aegypto , aliisque regionibus invalesceret . Mittendus a Patre erat Filius , Prophetarum ore promissus , Typi veteris Legis adimplendi , Mysteria revelanda . Fac nullam , ex hypothesi , ante Christi adventum fuisse divinorum Librorum graecanicam translationem : nonne Apostoli , dum populos edocerent , & in Christo adimpleta vaticinia praedicarent , in suspicionem de scripturarum corruptela facile adduci potuissent ? Versio igitur Seniorum Apostolicae propagandae doctrinae viam stravit,

vit, cum Gentes lingua sibi vernacula, quae ab Apostolis de Christo Jesu vulgabantur, a Prophetis longe ante praenuntiata, recognoscerent; sicque de dolo malo, sive in Apostolis, sive in Judaeis, omnis amoveretur suspicio; quum Judaei ipsi Canonicos vetusti foederis libros, Graecis litteris consignassent. De hacce versione inquit saepe laudatus Bernardus Lamy in Appar. Bib. lib. II. cap. 10., constat ante tempora Christi vulgatam fuisse. Ipsa est quae hocce nomine circumfertur, quam Josephus, & Philo celebraverunt: ex qua videre est in Novo Testamento pleraque ex veteri allegata. Huic acquieverunt Apostoli, & universa Ecclesia. Ex ea factae sunt versiones, quae primum in Ecclesiis Christianis publice praelectae sunt. Denique ex hac Graeca versione traductae sunt Arabica, Aethiopica, Armena, Illyrica, Gothica, Latina vetus ante Beatum Hieronymum. Nec aliam Ecclesia Graeca, & pleraeque Orientales in hunc usque diem agnoscunt, hac sola contentae. Hanc Patres, & Theologi tam Graeci, quam Latini commentariis illustrarunt, & in Conciliis tam Provincialibus, quam Generalibus, ex hac veritatem doctrinae probarunt, errores & haereses profligarunt, vitae, & disciplinae regulas hauserunt „. Ergone tanquam authentica erit agnoscenda? Heic utrinque inter se acriter pugnantibus eruditis aliquantulum immorandum. Apud Apostolos, & primigenam, adultamque Ecclesiam, ut jam dictum est, Versionem Septuaginta Viralem usu venisse, fidem faciunt indubiam Irenaeus, Cyrillus Hierosolymitanus, ac magnus Augustinus. Sic primus loquitur lib. III. adversus haereses cap. 25.; Petrus, & Johannes, & Matthaeus, & Paulus, & reliqui deinceps, & horum sectatores prophetica omnia ita annunciarunt, quemadmodum Seniorum interpretatio continet „. Parum absimilia profert S. Cyrillus Catechesi IV. inquiens: Studiose meditare scripturas, quas in Ecclesiis confidenter legimus. Multo prudentiores te, & religiosiores fuerunt Apo-

stoli, & primi Episcopi veritatis Duces, qui nobis eas tradiderunt „. In quibus certe loquitur de Versione LXX., quam & S. P. Augustinus lib. XVIII. de Civit. Dei hocce modo commemorat: Hanc tamen, quae Septuaginta est, sic recepit Ecclesia, eaque utuntur populi Christiani, quorum plerique utrum alia sit aliqua, ignorant. Ex hac Septuaginta in latinam linguam interpretatum est, quod Ecclesiae Latinae tenent „. Absit tamen, ut proinde in eorum descendamus opinionem, qui huic tantum tribuunt Versioni quotquot ex Hebraeo Textu laudata fuerunt ab Evangelistis, & Apostolis testimonia: Quinimo cautum habemus, multimodis idipsum ab iisdem fuisse peractum. Sunt apud Matthaeum, Marcum, & Johannem, quae tum Hebraicae lectioni, tum Septuaginta virali adamussim congruant. Sunt apud Matthaeum, & Johannem, quae prostant in Hebraeo, & in LXX. desiderantur; cujusmodi illud Matth. II. v. 15. ex Osea c.XI. v. 2. מִמִּצְרַיִם קָרָאתִי לִבְנִי *Ex Aegypto vocavi filium meum*. Johannis pariter cap. XIX. v. 37., ex Zacharia cap. XII. v. 10. solummodo juxta Hebraeum legitur: הִבִּיטוּ אֵלַי אֵת אֲשֶׁר דָּקָרוּ *Videbunt in quem transfixerunt*. Exemplum eccontra videre est apud Lucam cap. III. ubi inter Arphaxad, & Sale ponitur Cainam ex Versione LXX., quod in Hebraeo non legitur. Sed & advertendum obiter est Apostolos ex intercisis veteris Scripturae libris quandoque laudasse testimonia, ceu illud ab Juda in Epistola ejus narratum, de altercatione Michaelis Archangeli, & Diaboli ob corpus Moysis, de qua altum apud alios Scriptores sacros silentium; ac demum in libris Novi Testamenti, minime deesse testimonia ex Veteri, atque e Septuaginta petita, quoad sententias, verborum posthabita tenacitate. Exemplo sit illud Pauli ad Hebraeos cap. X. v. 5., ubi inquit: Σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι· *Corpus autem aptasti mihi*. In Hebraeo autem אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *Aures autem fodisti mihi*: Apud Septuaginta vero: *Aures autem perfecisti mihi*. Quae intelligenti patet verbotenus inter se discre-

pare. Sed ad institutum redeamus. Etsi nemini dubium esse debeat Versionem LXX., quatenus a suis Auctoribus prodiit, maximae fuisse auctoritatis, ejusdemque ponderis apographa in Ecclesiae primordiis non defuisse, tamen horum quamplura, Hieronymi tempore, a pristina puritate, integritateque defecisse, idem Sanctus Ecclesiae Doctor nobis plane suadet, cum alibi, tum in proloquio Paralipomenon scribens: Si septuaginta interpretum pura, & ut ab eis in Graecum versa est, editio permaneret, superflue me, Chromati Episcoporum sanctissime, atque doctissime impelleres, ut Hebraea tibi volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat, & nascentis Ecclesiae roboraverat fidem, justum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc vero cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaque translatio corrupta sit, atque violata, nostri arbitrii putas, aut e pluribus judicare, quid verum sit, aut novum opus in veteri opere cudere, illudentibusque judaeis, cornicum, ut dicitur, oculos configere. Alexandria, & Aegyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem. Constantinopolis usque Anthiochiam, Luciani martyris exemplaria probat. Mediae inter has provinciae Palaestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos, Eusebius, & Pamphilus vulgaverunt: totusque orbis hac inter se trifaria varietate compugnat „. Itaque vel ab Hieronymi aetate de authentia hujusce Versionis licuit suspicari. Neque propterea ab Augustini mente in praesenti controversia, quae hunc inter & Hieronymum efferbuit, nos deflectere, quispiam recte judicaret. Ex aequo Parens sanctissimus in lib. II. de Doctr. Christ. cap. XV. Versionis LXX., attenta fide Interpretum, excellentiam commendabat. Pari jure contendebat Hieronymus multa in exemplaribus, quae tunc temporis habebantur, partim scribentium vitio interpolata, partim corrupta, fontium veritati esse restituenda. Caeterum

Augustinum Seniorum Versionem ceu authenticam aetate ejus agnovisse, etsi illam Apostolicis calculis asserat adprobatam, ex epistolis a S. Doctore hacce super re ad Hieronymum datis, non evincitur: in his enim, nunc LXXII., & LXXXIII., intermittendam non esse illius in Ecclesiis lectionem inculcat, propterea quod, substituta Hieronymi ex Hebraeo interpretatione, magno fortasse scandalo perturbatae fuissent plebes Christi, quarum aures, & corda primam interpretationem audire consueverant. Interim vero cavemus, ne illis adhaereamus, qui, apud virum de bono Ecclesiae optime meritum Cardinalem Belarminum lib. II. de Verbo Dei scripto cap. 6., existimant, septuaginta viralem prorsus interiisse. Praeterquam quod ejusmodi opinio intrinseca, & extrinseca probabilitate destituta nobis videtur, illud unum ad eam abjiciendam sufficeret, quod ex MS. Vaticano, praecipuis curis eruditissimi Cardinalis Carafa, quo de iterum congruam habebimus mentionem, jussu Sixti V. P. M. nova ejusdem editione Ecclesiastica Bibliographia fuerit locupletata. Suo igitur Septuaginta Versionem per id quoque temporis habemus in pretio: Quum vero neque Romani Pontifices, neque Ecclesia Oecumenice congregata illam Christifidelibus, ut Canonicam proposuerit, non est quod pro ejus authentia in praesentiarum decertemus: dum interim reliquas omnes Veteres Testamenti in tota antiquitate translationes, & ordine, & dignitate praecessisse, ab Judaeorum, aliorumque expostulationibus, libentissime vindicamus.

§. IX.

De Graecis post Christum natum V. T. Versionibus.

Tres priscis Ecclesiae saeculis in lucem prodierunt, Graeco idiomate, Hebraei Textus Versiones. Primam Aqui-

Aquila Ponticus genere, patria Synopaeus, imperante Adriano, elaboravit. Fuit is ex Gentili Christianus, quum observasset mirabilia a Christi discipulis patrata; sed postmodum ab Ecclesia avulsus, propterea quod Genethliacis nomen daret, neque vellet resipiscere. Quamobrem ira percitus, Christo abrenuntians, Judaeorum proselytus adscriptus fuit. Hebraicae linguae sedulam navans operam adeo profecit, ut Graecam ex Hebraeo Textu translationem exararet. Quo animo, quove consilio non est, quod pluribus efferatur. Versioni LXX. Interpretum bellum indicens, testimonia quaedam Christum Dominum spectantia, ad alium sensum detorsit; multaque ex inauspicato ejus affectu maluit interpretari. Ab eo adulteratum fuisse Isajae locum cap. VII. v. 14. *Ecce Virgo concipiet*, ponendo pro virgine adolescentulam, asserit Irenaeus lib. III. contra haeres. cap. 24.; atque illinc ansam arripuerunt Ebionitae Christum aliorum instar hominum genitum blasphemandi. S. Epiphanius, ignominiae suae per graecam illam versionem parasse absurdam apologiam, testatur. Hieronymus vero in epistola ad Pamachium XXXIII., alias centesima, de illo sic loquitur. Aquila autem Proselytus, & contentiosus interpres, qui non solum verba, sed etymologias quoque verborum transferre conatus est, jure projicitur a nobis „. Neque semel idem Sanctus Doctor eum improbat, quamquam ejus laudibus aliquando non desit. Hieronymum veluti propitium solent exhibere, qui putant Aquilam, binas concinnasse graecas Hebraei Textus translationes, quos inter Bernardus Monfauconius, de republica litteraria eximie meritus, in nova editione de Hexaplis Origenis, Elias Dupinius in Prolegomenis Bibliorum, Cardinalis Gotti, aliique. Bernardi Lamy hacce in re malumus esse pedissequi, dum in Appar. Bibl. lib. II. cap. X. inquit: Ego vero unicam suspicatus essem, quae dicta sit secunda per respectum ad primam, factam a LXX. Interpretibus, & quae dicatur facta κατ' ἀκρίβειαν, per respe-

spectum ad alios Interpretes , qui non ita servierant litterae „ . Alteram post Christum natum Graecam Versionem aggressus est Symmachus , Severo Imperatore. Ex Samaritanorum Gente Judaeis nomen dedit, iterumque passus fuit circumcidi , deinde in Christianos cooptatus, ac tandem Ebionitarum fere princeps evasit, adeo ut, perhibente S.P. Augustino lib. II. contr. Crescon. cap. XXXI., Ebionitae quandoque a Patribus dicti fuerint Symmachiani. In ejus versione, non verbum verbo reddidit, quod Aquila fecit, sed intelligentiae ordinem sequutus est, & minus fidus interpres, ac fuerit Aquila, existimatur; quamvis hocce sit clarior, & LXX. Interpretibus magis adhaerens. Tertio loco venit illa Versio, quam curavit Theodotion, Comodo Marci filio imperante. Alii natione Ponticum, Synopaeum patria, ut Epiphanius; alii Ephesinum vocant cum Iraenaeo . Christi fidem amplexus defecit ad Ebionitas, & Marcionitas, ac tandem inter circumcisos voluit adnumerari. Minus ac caeteri nuper memorati in Versione ejus a LXX. deflexit, atque hinc factum est , ut ubi deficerent isti, ex Theodotione, qui stili, et orationis genere similior erat, supplementa peterentur. Sic enim Hieronymus testatur in ejus Praefatione in Danielem scribens: Illud quoque lectorem admoneo, non Danielem juxta LXX. Interpretes; sed juxta Theodotionem Ecclesias legere, qui utique post adventum Christi incredulus fuit „ . Hujusce substitutionis hanc reddit rationem Bernardus Monfauconius; quia in LXX. Interpretibus tota series praepostere posita erat, licet ei medicam admovere manum tentaverit Origenes. Sed jam est inquirendum, an Symmachus tempore praeiverit Theodotioni? Dubium non est Symmachum sub Severo, Theodotionem sub Commodo, Scripturas esse interpretatos; quippe quod idipsum apertissime tradant Athanasius, & Epiphanius, teste lib. II. *de Verbo Dei scripto* doctissimo Belarmino. At nemine discrepante, Lucius Aurelius Commodus ante Septimium Se-

Severum imperavit. Cur ergo & nos Symmachi versionem, Theodotioni praeposuimus? Non respectu temporis, bene vero loci, quem utraque in Origenianis Hexaplis obtinuit, quod a multis factum opinamur, versionem Symmachi secundam, Theodotionis tertiam appellavimus. Siquidem Origenes in Hexaplis non ordinem temporis, sed majorem quam putabat ad Hebraeum textum approximationem, in versionibus disponendis, sequutus est. Qua de re primo loco posuit Aquilam, secundo Symmachum, tertio Versionem LXX. Interpretum, atque e vestigio Theodotionem, qui ut dictum est, propius ad Versionem LXX. prae aliis accedebat. Fulgidissimum, inter eruditos, lumen Dionisius Petavius nodum hunc solvere enititur, contendendo Symmachi editionem publici fuisse juris, non sub Severo, sed Lucio Vero, qui antecessit Commodum, & Severum. Ast Petavio, inquit Cardinalis Gotti in opere *de Vera Relig.* T. II. cap. 5., obstat P. Montfaucon, qui in suis praeliminaribus ad Hexapla Origenis, ex Chronico Alexandrino aperte evincit, Theodotionis editionem in annum sextum Commodi incidisse, Symmachi vero interpretationem, in annum nonum Severi „. Trium istarum versionum nonnisi τὰ λείψανα reperire est apud Origenem in Hexaplis, Hieronymum, aliosque Ecclesiae Patres, ex quibus satis liquet in pretio olim fuisse, quamvis haereticorum foetus essent, ac depravationibus scaterent. Quamquam vero a peculiaribus Graecanicis Ecclesiis, ut Hieronymus asserit *Praefatione* in Job, Aquila Judaeus, Symmachus, & Theodotio fuerint recepti; nunquam eorum interpretationes universalis Ecclesia adprobavit. Ad haec, quae ex illis interpretationibus in Ecclesiis legebantur, vel nullo faedatae erant errore, Fidei aut moribus adverso, vel eatenus obtinebant, quatenus nulla falsa doctrina est, quae non aliqua vera intermisceat, ut S. P. Augustinus monet lib. II. de Quaest. Evangelic. cap. 40. Praeter hactenus recensitas, tres aliae occurrunt ver-

versiones, quas Origenes vulgavit. Binas is, asserente Eusebio lib. VI. *histor.* cap. 4., κατὰ τύχην reperiit. In urbe Hyericho alteram, imperante Antonio Caracalla, apud Nicopolim alteram, dum regnaret Aurelius Severus Alexander Mammeae filius. Utraque anonyma, ac propterea ab urbibus, in quibus fuerunt inventae, denominationem habuere; scilicet, Hyericuntinae, & Nicopolytanae. Hae quoque versiones, quamvis nomine destitutae, ut Hieronymus ait in cap. 3. Epist. ad Titum, auctoritatem sibi conciliarunt. Heic jam nolumus ante progredi, quam de laboribus illius immortalis ingenii, ut cum Hieronymo dicamus loco nuper relato, Origenis videlicet, qui tamen in multis a catholico dogmate deflexit, nonnulla exhibeamus. Auctor is est eorum voluminum, quae *Tetrapla*, *Hexapla*, & *Octopla* nuncupavit. Tetrapla Biblia dicta sunt, quae in singulis paginis quatuor continebant columnas, in quarum prima descripta erat versio Aquilae; in secunda Symmachi; in tertia Septuaginta viralis; & in quarta Theodotionis. De Hexaplis Ruffinus in lib. III. *histor. Eccles.* ita loquitur: Origenes illos famosissimos Codices primus composuit, in quibus per singulas columnulas, e regione separatim opus interpretis uniuscujusque descripsit, ita ut primo omnium ipsa Hebraea verba Hebraicis litteris poneret; secundo in loco per ordinem Graecis litteris, e regione Hebraea verba describeret; tertiam Aquilae editionem subjungeret; quartam Symmachi; quintam septuaginta Interpretum, quae nostra est; sextam Theodotionis collocaret: & propter ejusmodi compositionem, exemplaria ipsa nominavit Hexapla ,,. Ex hisce facile intelligitur, quid essent Octopla, liber nimirum, in quo praeter ea, quae Hexapla complectebantur, septima, & octava addita est in singulis paginis columna, quarum una versionem Hyerichuntinam, & altera Nicopolytanam praeseferret. Eo vir summus doctissimis hisce curis portendebat, ut germanam assequeretur LXX. Interpretum intellectionem

nem, qua obstrueret ora Judaeorum, perenniter Christianis exprobrantium veri scripturarum sensus, aut ignorantiam, aut pravam interpretationem. Eximio hocce Origenes tactus consilio alteri operi manum applicuit, quod quidem, licet inter Versiones strictim non sit accensendum, tamen ab aliquibus ob ejus praestantiam honorifico isto nomine fuit appellatum. Haec porro seorsim ab aliis edita septuaginta viralis erat, notulis variis respersa, ex quibus elucesceret, quae comparative ad Textum Hebraeum in ista essent addenda, quaeque redundarent, ac propterea expungenda viderentur. Apposite S. Hieronymus in Epistola ad Sunniam, & Fretellam de illa sic loquitur: Ubi quid minus habetur in Graeco ab Hebraica veritate, Origenes de translatione Theodotionis addidit, & signum posuit asteriscum, idest stellam quae quod prius absconditum videbatur, illuminet & in medium proferat. Ubi autem in Hebraeo non est, in Graecis codicibus invenitur, ὀβελὸν, idest jacentem praeposuit virgulam, quam nos Latine veru possumus dicere; quo ostenditur jugulandum esse, & confodiendum, quod in authenticis libris non invenitur: quae signa & in Graecorum, Latinorumque poematibus inveniuntur „. Caute Origenes quae ex Theodotione addenda esse existimavit *asteriscis* distinxit, ne cum Textu confunderentur, quae vero in LXX. comparate ad Hebraeum Textum redundabant, non delevit, sed *obelo* voluit transfigere. Praeter notos asteriscos, communesque obelos, formam habentes quasi veru hoc modo ÷, alia signa adhibuit Origenes, scilicet *Lemniscos*, & *Hipolemniscos*. Tradente Hesychio λημνίσκος vox est Syracusana angustam vittam, seu fasciam denotans. Hinc binae lineolae orizontaliter, spatioque intercepto ductae, adinstar vittae cum duobus punctis supra, & infra positis hocce modo —:—, apud veteres scriptores, cum quidpiam adnotandum vellent, usuvenerunt. Quod si punctum dumtaxat infra spatium interceptum appinge-

retur, haece forma —.—, dicebatur Hipolemniscus. Origenes iis usus est juxta Epiphanium, ut cum in editione LXX. occurreret vox aliqua non cohaerens, neque aliis connexa, intelligeretur illam a binis interpretum paribus versam fuisse, si afficeretur Lemnisco; & a binis tantum interpretibus ita versam, si Hipolemnisco notaretur. Praeterea translationem quoque LXX. in lucem protulit ita paratam, ut Textui LXX. sub asterisco insernerit, quae Textus Hebraeus haberet; obelo notaverit, quae Septuaginta Interpretes Textui Hebraeo addebant; non quod illa deesse, haec vero superesse existimaret, sed ut ostenderet, quae Judaei in Christianorum Textu deficere, aut abundare dicerent, quae resecarent, quoad concertationem cum Judaeis instructiores Christiani prodirent, propriisque ipsorum armis illos confoderent, nec non etiam argumenta explicandae, & illustrandae LXX. Interpretum translationi depromerent. Haec Bernardus Lamy laudat ex Morino in Appar. Bibl. lib. 2. cap. 13. Postremo, vel penultimo loco memoratam LXX. emendationem suis Hexaplis Origenes inseruit, & Hieronymo assertore meruit appellari *Vulgatam*, itidemque *Palaestinam*, ut inquit *Praefat.* in lib. *Paralipom.*, eo quod ab Ecclesiis Palaestinae, & Syriae fuisset recepta. Rursus idem S. Doctor in Epistola ad Sunniam, & Fretellam de illa sic loquitur: Ea autem, quae habetur in Hexaplis, & quam nos vertimus, ipsa est quae in eruditorum libris incorrupta, & immaculata LXX. Interpretum Translatio reservatur. Quidquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita & ab Hebraeorum auctoritate discordet „. Isthaec vero, dum cum illis conferimus, quae scripsit ad Augustinum Epistola nunc LXXV. cogeremur asserere, non satis in alterutra Epistola Hieronymum sibi constitisse, nisi, quae debetur tanto Doctori reverentia, nobis potius suaderet, in ea dum ad Augustinum scriberet, fuisse opinione, quod hic prae manibus haberet editionem LXX., scriptorum oscitantia vi-

vitiatam. Sic enim habet Hieronymus: Miror, quomodo LXX. Interpretum libros legas non puros, ut ab eis editi sunt, sed ab Origene emendatos, sive corruptos per Obelos, & asteriscos, & Christiani hominis Interpretatiunculam non sequaris: praesertim cum ea, quae addita sunt, ex hominis Judaei, atque blasphemi post passionem Christi editione transtulerit. Vis amator esse verus LXX. Interpretum? Non legas ea, quae sub asteriscis sunt, imo rade de voluminibus, ut Veterum te fautorem probes „. Re quidem vera dolendum sane, quod cum Origenis opera *asteriscis*, *obelis*, *Lemnischis*, *Hipolemniischis* notata exscriberentur, amanuensium incuria factum sit, ut permisceretur Septuaginta Viralis cum Theodotionis, aliorumque versionibus, ac propterea decursu temporis vix innotuerit, quaenam esset Seniorum versio, quaeque Theodotionis; de quo Hieronymus in citata epistola ad Sunniam, & Fretellam merito conquestus est. Sed quamquam Hieronymi aetate, ac deinceps apographum aliquod genuinum superfuisset, tot subinde per Orientem grassatae sunt persecutiones, ac Saracenorum irruptiones, ut Origenis opera fere prorsus interirent: Horum tamen reliquias collegit doctissimus Montfauconius, & additis eruditissimis anteloquiis, ac notis orbi litterario restituit. Jam vero Luciani versionem, seu potius LXX. reparatam editionem, paulisper detur attingere. Hic Antiochenae Ecclesiae presbyter, Maximino Imperatore, collatis cum Hebraeo Textu multis Graecis versionibus illi LXX. virali, non quae in Hexaplis erat, sed communiter adhibitae, restituendae incubuit. Hanc manu Luciani exaratam Nicomediae fuisse inventam, Constantino Magno Imperante, asserit Auctor Synopseos Athanasianae, eaque usos fuisse in Asia minori Christifideles, tradit S. Hieronymus *Praefat.* in lib. Paralipom., & lib. II. adversus Ruffinum. Narrat Theodoritus, eu Pauli Samosateni fautorem accusatum fuisse: at non desunt, qui ab hocce crimine immunem sustineant; quod ta-

tamen etiamsi perpetrasset, maculam martyrio abstersisset: mortem quippe Nicomediae pro Christo subiit, Maximino in Christianos saeviente, postquam coram ipso, pro catholica fide, apologeticam dixerat orationem. Hesychius quoque primum Monachus, deinde in Aegypto Episcopus, teste Eusebio lib. VIII. cap. 13., sub eodem Maximino martyrii palmam consequutus Septuaginta virali expurgandae operam dederat; ejusque editio tum ab Ecclesiis Aegypti, tum finitimarum regionum probata fuit, atque retenta, ut Hieronymus asserit *Praefat. in Paralip.*, & lib. II. contra Ruffinum. Novum pariter Testamentum Hesychium non secus, ac Lucianum emendasse, idem S. Doctor affirmat *Praefat. in Evangelistas*, ubi de iis hocce profert censorium judicium. Praetermitto eos codices, quos a Luciano, & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit perversa contentio: quibus utique nec in toto Veteri Instrumento, post LXX. Interpretes emendare quid licuit, nec in Novo proficit emendasse: cum multarum Gentium linguis Scriptura ante translata doceat, falsa esse quae addita sunt „. Ast de hoc etiam S. Doctore sermo esse debet, ubi agitur de priscis editionibus LXX. Huic & ipse, hortante Magno Augustino, manum apposuit, ut latino Idiomati redderet, atque insuper illam diligentissime emendavit. Augustinum de LXX. Versione latine vertenda Hieronymo auctorem fuisse, ex ejus Epistola olim X., nunc LXX. aperte evincitur: Postquam enim gratias ibi agit Hieronymo, de Evangelio ex Graeco fideliter interpretato, subjungit: Plurimum profeceris, si eam Graecam Scripturam, quam Septuaginta operati sunt, Latinae veritati reddideris: quae in diversis Codicibus ita varia est, ut tolerari vix possit, & ita suspecta, ne in Graeco aliud inveniatur; ut inde aliquid proferri, aut probari dubitetur „. Hieronymus vero, nedum Augustini consilium implevit, verum etiam Septuaginta senum versionem pro viribus emendavit. Id porro affirmat S. Doctor

in

in lib. II. adversus Ruffinum, ac repetit in *Praefat.* ad libr. Salomonis inquiens: Si cui sane LXX. Interpretum magis Editio placet, habet eam a nobis olim emendatam. Neque enim nova sic cudimus, ut vetera destruamus „. Quid demum de editionibus Versionis LXX. post artis Thypographicae inventionem? Celebriores postremis saeculis elaboratae multo inter se differre deprehenduntur. Sub auspiciis, & impensis amplissimi, & Eminentissimi Francisci Cardinalis Ximenes, Archiepiscopi Toletani (cujus praeclarissima in sacro-litterariam Rempublicam beneficia, Successor ejus piissimus, aeque ac sapientiae φιλώτατος Franciscus Antonius Cardinalis de Lorenzana in speciosissima sanctorum Toleti Patrum editione, sancte visus est aemulari) in lucem prodiit anno 1515. Complutensis, quae quidem a viris doctissimis ita fuit adornata, ut hodierno Hebraeo Textui responderet: verumtamen scopum adepti, in illud incidere, quod parum esset Graeco veteris LXX. textui consentanea. Hanc Aldus Manutius Venetus proprio praelo commisit anno 1518., in subsidium accitis vetustissimis Codicibus, ut minus ac Complutensis a LXX. Senum versione foret aliena. Postremo Romana ex Codice MS. Vaticano sub Gregorio XIII. coepta, Sixti V. jussu anno 1587. juris publici facta est. Haec sane, quae inter omnes extantes Graecas editiones, veterum Patrum testimoniis ex LXX. mutuatis, dubio procul prae caeteris consonat, potissimum debetur magnanimitati, atque ingenio ad optima quaeque comparatissimo Antonii Cardinalis Carafa. At enim ἡ ἐπίκλησις nunc menti occurrit, nisi aliud agere videremur, τῆς οἰκετείας Heroas plurimos ἀριστεύματα recoleremus. Supremus Ecclesiae Hyerarcha Paulus IV., antea Petrus Cardinalis Carafa, ἀκάματος ille Orthodoxae Fidei Vindex, primum esset honoris caussa commemorandus: Sed qui ejus evolvendis laudibus impares sumus, libratum Panvinii nostri de tanto Pontifice judicium, liceat referre; Hic in ejus Vita scribit: Sanctis suis insti-

sti-

stitutionibus, aut legibus, quas morte interceptus edere, aut certe in morem, usumque inducere non potuit, amplum Successoribus aperuisse campum, rectam vivendi normam in posterum ordinandi ... Ex ejus fonte cogitationum, rationumque, multa S. Concilii Tridentini decreta postmodum profluxisse „. Eos insuper, qui Pontificem Maximum antecesserunt, vel. subsecuti sunt, alios Romana Purpura clarissimos, alios Pontificiis, alios Regiis Legationibus commendatissimos, alios amplissimis auctos Praefecturis, ni forte sermo nimis excurreret, memoria repeteremus; potissimum vero adesset integerrimus, omnique major encomio Franciscus S. R. E. C. Carafa, qui S. C. Episcoporum, Ordinumque Regularium, tota Urbe plaudente, perfungitur Praefectura. Quem vero praeterire γνώμη vetat, καὶ περικάρδια, praestantissimus ille Moecenas est noster, & Praesul ejusdem, ac Paulus IV., τῆς ευγενείας, quemque SS. D. N. PIUS PAPA VI. πάνδικος meritorum ejus pensitator, ad Praefecturas sacri primum Cubiculi, postmodum Apostolicarum Aedium evexit: Praesulem, inquam, cunctis ordinibus, ac praesertim celsissimo Purpuratorum P.P. Senatui acceptissimum D.D. Marinum ex Belviderii Principibus, ut novum Carafaeae Gentis ornamentum, ita lumen & omen auspicatissimum. Laudent in eo alii indolem eximiam, celerrimum ingenium, memoriae firmitudinem, judicii felicitatem, admirabilem laudent munificentiam, auream humanitatem, cumque singulari integritate ἐπιείκειαν ϗ δικαιοσύνην. Laudent ejus in meliorum artium, multoque magis in scientiarum cultores ευεργησίαν. Duo praeterea in Praesule vere ornatissimo, & saepe experti, & quammaxime admirati sumus, inaestimabile nimirum erga summum ejus Ευεργέτην PIUM Pontificem grati animi officium, atque ex domestico-Pontificia oeconomia, rei consulendi publicae, & vota, & nunquam intermissam sollicitudinem. Ast a suavissimo nobis diverticulo in viam. Graecam LXX. versionem a lau-

a laudato Cardinali Antonio Carafa cum notis, & Scholiis editam, Flaminius Nobilius anno 1583. latino sermone vulgavit, tantoque eruditorum fuit in pretio, ut Waltonus suis eam Bibliis Polyglottis adjunxerit. Utramque conjunctim edendam curavit Parisiis anno 1628. Joannes Morinus. Superest ut aliqua ex Bernardo Lamy lib. II. c. 13. de Polyglottis adjiciamus. Nuper memoratus Archiepiscopus Toletanus Franciscus Cardinalis Ximenes, una cum quibusdam perdoctis Theologis Complutensis Academiae, Biblia Complutensia praelo commisit anno 1515. Haec sex Tomis comprehensa continent Veteris Testamenti Textum Hebraicum, & Vulgatam Latinam, Versionem LXX., & Onkelosi *Targum*, idest Paraphrasim Chaldaicam cum versionibus latinis, Testamentum Novum Graeco Latinum, & apparatum, in quo quaedam Grammaticae, Lexica, & Indices. Multis accessionibus, & chartae, atque characterum splendore, illustriora sunt Polyglotta Hispanica Antverpiensia Regia, sumptibus Philippi II. Regis Hispaniarum, curante Benedicto Aria Montano, octo tomis edita anno Christi 1571.; ubi praeterea inveniuntur Targum, sive Paraphrasis Chaldaica in reliquum Vetus Testamentum cum versione latina, Versio interlinearis V. T. speciali tomo, & N. T. versio Syriaca expressa nativis, idest Syriacis, & Hebraicis simul litteris. Versionem illam Syriacis characteribus primum ediderat Viennae Albertus Widmanstandius Ferdinandi Imperatoris Cancellarius. Eandem Hebraico charactere expressit, & in Latinum convertit Guido Fabricius Boderianus, quae omnia habentur in dictis Bibliis Regiis, iis exceptis quae initio Syriaco charactere expressa non sunt reperta, ut notat Bonfrerius cap. XIX. sect. 2. Non prodiere nuda Biblia Regia; sed cum magno apparatu: nimirum simul edita sunt lexica, grammaticae cum tractatibus philologicis, variis lectionibus, & indicibus. Successerunt heptapla Gallica Parisiensia, quae decem magnis voluminibus anno 1645., im-

impensis viri clarissimi Michaelis de Jai, studio autem, & opera Gabrielis Sionitae, & Abrahae Eccheliensis Maronitarum, & Joannis Morini C. O. presbyteri, charta imperiali, elegantissimis characteribus, Parisiis excusa. In hac editione praeterea habentur Pentateuchus Samaritanus, cum versione Chaldeo-Samaritana, totum V.T. Syriacnm, & utrumque Arabicum; sed desiderantur in hoc opere prolegomena, & apparatus, quae inchoata non perfecta sunt: certe typis mandata non fuere. Postmodum edita sunt prioribus omnibus ampliora Biblia Polyglotta Anglica, quae fere decapla sunt anno 1567., cura praecipue Briani Waltoni; Persicas enim, & Aethiopicas versiones habent, una cum uberrimis Prolegomenis, & apparatu in sex tomis. Quantum haec editio a Parisiensi vincitur typorum elegantia, & splendore chartae, tantum majorem praestat utilitatem; quia cum aperitur, simul exhibet oculis Textus Originales, Versiones, & Paraphrases, quae in distinctis tomis continentur in Parisiensi. Celebres editiones Bibliorum Venetiis prodierunt, quae polyglottae possunt dici, quia cum Textu Hebraeo reperiuntur paraphrases Chaldaicae, & Commentaria Rabbinorum. Veneta illa editio facta est a Daniele Bombergo anno 1517., & iterum accuratius, & auctius anno 1528., Nec non a Johanne Buxtorfio Basileae anno 1618. Ex officina Santadreana anno 1599. prodierunt Biblia cum Textu originali, & versione latina Leonis Juda, simul & Graeca versione Senum, & ejusdem Versionis interpretatione latina cum notis Francisci Vatabli, quae & inter polyglotta numerari possunt ,,.

§. X.

De Graeco N. T. Textu.

Graecus modo Novi Testamenti Textus, quem ad *ναυτιήσιν* usque celebrant Novatores, opellam exigit nostram.

stram. Tempore Hieronymi, quidquid fuerit de Evangeliorum, aliorumque sacrorum Codicum autographis, fontes Graecos affatim puros adhuc superfuisse, inde monemur, quod Damasus Romanus Pontifex sanctum Doctorem impulerit, ut Novum Testamentum ad Graecam reduceret veritatem, quemadmodum Hieronymus ipse, in *Praefatione* ad quatuor Evangelia, fidem facit indubiam. Sed & in Epistola ad Marcellam, postquam fassus est se in Vulgata Latina, Evangeliorum aliqua emendasse, & ad Graecam originem revocasse, obtrectatores suos contemnens ita scribit: Si displicet fontis unda purissimi, coenosos rivulos bibant, & diligentiam qua avium sylvas, & concharum gurgites norunt, in Scripturis legendis abjiciant ,, . Similia exhibet in Epistola ad Damasum de verbo *Osanna*. Illud certe in Haereticorum more positum semper fuit, ut veritati per omne nefas obsisterent, & sacros novi foederis Codices olim vitiarent. Testis est Tertullianus lib. V. adversus Marcionem, testis inter alios, & Eusebius lib. V. *histor. Ecclesiast.* cap. ultimo. Stabant vero ex adverso quadrato velut agmine, Ecclesiae Patres, qui falsariorum depravationes lynceis oculis cernerent, atque refutarent. Hinc illud Epiphanii haeres. XLII. contra Marcionem: Etsi tu non relinquas Scripturam, quemadmodum a Salvatore pronunciata est, serventur tamen ista loca in Evangelio Sanctae Ecclesiae .... nihil hoc nobis nocet. Etsi enim absciderit illud, non abscidit a nobis, sed se suosque damno affecit: satis enim refutatur testimoniorum pluralitate ,, . Pessimam itaque Haereticorum versutiam, Ecclesiae sollicitudinibus praevalere non potuisse, fidentissime credimus, ac proinde Textum Graecum, per id quoque temporis, flocci non esse faciendum arbitramur. Nihilominus scitanti, an Graecorum Exemplarium Textus a vulgata dissoni adprobandi sint, vel rejiciendi, facile respondendum foret ad sensum Vulgatae, eorum respectu, quae ad fidem, moresque spe-

 ctant,

ctant, sicubi in hisce exorbitent, fideliter esse corrigendos. Quinimo generatim admittimus Latinam lectionem Graecis variantibus esse anteponendam: Sic dum legitur I. Corinth. cap. XV. v. 47. ὁ πρῶτος ἄντρωπος ἐκ γης χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄντρωπος ὁ Κύριος ἐξ ὐρανῦ· *Primus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus de Coelo*; retinenda est lectio Vulgatae, ita se habens: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de Coelo coelestis*: Graecorum quippe lectionem a Marcione excogitatam asserit Tertullianus lib. V. contra Marcionem, & Vulgatae adhaeret S. P. Augustinus, non refragante vel ipso Calvino Instut. cap. XIII. §. 4. & alibi. Similiter cum in eadem Epistola V. 51. legunt communiter Graeci: πάντες μὲν ὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα· *Omnes quidem non dormiemus, sed omnes immutabimur*; Vulgatae standum est, quae legit cum Codice Claromontano, & Sangermanensi πάντες ἀναςησόμεθα, ὐ πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα· *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*. Ita sane Hieronymus, ita Augustinus in Epistola nunc CCV. ad Consentium, & de *Agon. Christ.* cap. VII. Revera inverisimile est mortem, instante extrema judicii die, aliquibus esse parcituram. Insuper ubi legitur I. Corinth. cap. VII. v. 33. in Vulgata: *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est*; in pluribus Graecis exemplaribus illud *& divisus est*; καὶ μεμέρισαι, non conjungitur cum isto versiculo, sed sequenti, adeout sensus sit; *Et divisa est uxor, & virgo*. μεμέρισαι καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ παρθένος· In quibus licet suus reperiatur sensus, ut inquit Hieronymus, tamen non est Apostolica veritas: Siquidem Apostolus ita scripsit: ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾶ τὰ τῦ κόσμυ, πῶς αρεσεὶ τῇ γυναικί, ϗ μεμέρισαι. Plura congeri possent hodierni Graeci Textus exempla, quae ad lectionem Vulgatae sunt redigenda, sed nihil addimus, praeterquam quod in multis Codicibus Epistola ad Romanos cap. XII. v. II. habeat: Καιρῷ δυλεύοντες·

Tem-

Tempori servientes. ubi Vulgata legit: *Domino servientes*: Κυρίῳ δουλεύοντες; atque ita legunt, teste Hermanno Goldhagenio, Complutensis, Alexandrinus, Viennensis, Petavii Senatoris Parisiensis I., & Cantuariensis III., ac plerique alii Codices. Optime proinde Hieronymus in Epistola, modo XXV., ad Marcellam scripsit: Illi legant: Tempori servientes: Nos legamus: *Domino servientes*. Colligimus nunc ex recensitis Graecum Textum hodiernum, ceu authenticum non esse habendum, atque in hanc sententiam eo potiori nomine descendimus, quod in plurimis Graecis Codicibus, desint integrales Sacrae Scripturae partes, quas Oecumenica Concilia authenticas declararunt. Exemplo sit historia mulieris adulterae apud Johannem cap. VIII.; Πολύγλωττατος ille, cujus, (paucis ab hinc mensibus, irreparabilem jacturam, moerentes adhuc reminiscimur) F. Augustinus Antonius Georgi, quique historiam illam eruditissime, atque uberrime Canonicis libris vindicavit, minime diffitetur in plurimis Graecis Codicibus desiderari, asseritque in aliis, aut obelis tranfigi, aut asteriscis praenotari, aut ad calcem Evangelii transferri: Sic enim vir summus in Fragmento Evangelii S. Johan. ex Veliterno Museo Borgiano p. 193. scribit: Omittunt celeberrimi Alexandrini Codd. Vaticanus, & Londinensis; Urbin. Vatic. 2., itemque Vaticani alii 360., 364., 759., 1229., Palatino-Vatic. 220., Barberin. 211., Vallicellan. B. 133., Evangeliarium Eminentiss. Card. de Zelada, Regius 1905., & 2861., qui scilicet est *octavus* Roberti Stephani; (Hoc enim spatium vacuum, ubi historia nostra scribenda erat relinquit) cod. Venet. B. S. Marci continens Evangelia cum catena PP., alter Venet. R. P. Canonici saec. IX. vel X., Lectionar. Graec. Laurentian. Bibl. aureis litteris exaratum, Neapolit. Bibliot. Augustin. S. Johan. ad Carbonariam, quamquam ad marginem recentiori charactere,
π π δ λλ
saeculi nempe XII., adnotatum habeat λυ (pro λει) ω φυ τοδε

mancum sic est folium istud. Omittunt, & Latini Codd. Brixiens. & Vercellens.; Obelis transfigunt Codd. Vatic. 79., 89., 208., 356., 1160., Palatino-Vatic. 136., sed hic obelos habet praefixos manu secunda; Barberin. 13. a v. 3. ad 11. usque, Cod. Evangel. Angelic. Bibliot. minoris formae a versu tantum 3. cap. VIII. Nam. 53. cap; VII., ut & primum, & 2. VIII. sine obelis exhibet. Codd. Regii 1883., 3424. a Wetsten. indicati. Asteriscis praenotant Vatican. 180., 189., 354., 756. cum scholio ad marg. Τῦτο ἐν τίσιν τῶν ἀντιγράφων ὐκ εὑρίσκετο· διὸ ὐδὲ σχόλια ἐδέξατο. Barberin. 10., 115., & apud Wetsten. Basileensis indicatus sub littera E, & Colbert. sub numer. 24. Cur vero historia ista *asteriscis* praenotata fuerit hanc caussam, inquit idem Wetsten., reddit scholion Cod. 34. idest *Coislin*. 195. ἰςέον, ὅτι διὰ τῦτο μετὰ ἀςερίσκων ἐτίθησαν τὰ περὶ τῆς μοιχαλίδος, ἐπειδὴ εἰς τὰ πλείω τῶν ἀντιφράφων ὐκ ἔγκειται, πλὴν εἰς τὰ ἀρχαιότερα ηὕρηνται. Transferunt ad calcem Evangelii Johan. Cod. Vatic. 358. cum scholio: τὸ περὶ τῆς μοιχαλίδος κεφάλαιον ἐν πολλοῖς ἀντιγράφοις κείμενον γεγράφαμεν· Vatican. 365. item cum scholio sequenti: Ἕυρεται κ̀ ἕτερα ἐν ἀρχαίοις ἀντιγράφοις· ὅπερ δυνείδομέν γράψαι πρὸς τῷ τέλει τῦ αὐτῦ εὐαγγελιςῦ· ἅ ἐςι τάδε· Quae duo scholia conferenda erunt cum iis, quae Wetstenius refert, alterum ad Cod. 37., ad *Coisl.* scilicet 21., uti & ad 102. (ni fortasse heic erret nota numeri) alterum ad Codd. P. P. Oratorii Paris. & Nicetae, tum Reuchlin. cum scholio, quod integrum Wetstenius exscripsit; aliique codices plures ab eodem ipso Wetsten. laudati: Hactenus ad rem nostram ἀΐδιος δόξα Georgius. Nunc cum πεπαιδευμένῳ Cano lib. II. de Locis Theolog. cap. XIII. dicamus: Illud egregium de Trinitate testimonium: *Tres sunt qui testimonium dant in caelo*, *Pater*, *Verbum*, *& Spiritus Sanctus &c.* ex Graecorum mendis, ante aliquot annos nobis fuerat detractum: ut & Marci extremam coronidem, atque alia item multa ex Latino exemplari novi isti interpretes expunxerunt. Non in

in Graeca , vel Hebraica exemplaria fidei controversia resolvenda est : alioquin eas Scripturae partes rejiciamus oportet, quas Concilium Tridentinum, atque adeo Ecclesia una voce , & consensu recipit „ . Sat superque sunt isthaec , ut caveamus ab authentia Graeci Textus hodierni propugnanda ; sed praetereundum non est in eodem ἐπίβλεματα a divino eloquio aliena , saltem apud plurimos Codices, àdinveniri . Exemplum ejusmodi observare est in oratione Dominica, quae Matth. cap. VI. v. 13. in illis sic clauditur : ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία , καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν . *Quia tuum est Regnum* , & *potentia* , & *gloria in saecula* , *amen* . Haec porro, si demantur Codices Parisini Roberti Stephani , Cantabrigenses , & Versio Copta , teste Goldhagenio , apud alios reperiuntur ; imo etiam in Versione Thebaica, ubi Dominica oratio , ut videre est in appendice Georgiana ad Fragmentum S.Johannis p.415., sic desinit .

Ϫⲉ ⲑⲱⲕ ⲧⲉⲩϭⲟⲙ ⲙⲛ ⲡⲉⲟⲟⲩ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛⲉⲛⲉϩ ϩⲁⲙⲏⲛ . *Quoniam tibi potestas* , & *gloria in saecula saeculorum Amen* . Unde, & quando haec Δοξολογία in sacrum Textum migrarit, disputant eruditi . Ex lib. III. Constitution. Apostolicarum cap. XVIII. , aut ex Graeco-Alexandrinis Liturgiis , aut etiam ex utrisque simul, in Textum invectam fuisse non audemus definire ; verum inde nobis probabiliter inferri posse videtur , quod in Liturgia Basilii , & S. Marci ita referatur , ut , post orationem Dominicam a *populo* absolutam , Sacerdos aliam recitet orationem , quam claudit elata voce dicens : *Quia tuum est regnum* ; *potentia* , & *gloria Patris* , & *Filii* , & *Spiritus Sancti* , & *nunc* &c. , Idemque praestet Graecus Sacerdos in utraque Missa S. Johannis Chrysostomi , & Basilii apud Goarium . Quod spectat ad tempus, quo doxologia Textui insita fuit , nil aliud addimus, nisi Cotelerium , cujus sententiam laudat Beausobrius ipse , ad saeculum Ecclesiae II. eandem referre .

Cae-

Caeterum cum in Hieronymi Editione Latina, periocha illa nunquam locum obtinuerit, indicium est non esse Evangelicam, & Divinam. Regerat nunc aliquis: Ergone quae Graeca est in nostra communione Ecclesia authenticis caret Scripturis? Hocce inquirenti reponeremus, Codices quibus utitur Graeca nobis devincta Ecclesia, nil verae Fidei, moribusque adversum continere, atque adeo *intrinsece*, & sub hacce ratione spectatos, esse authenticos; quamquam eis desit *extrinsece* Ecclesiae Διάταγμα. Interim dum Codicibus, quos integros & puros asservare potuerunt Graeci in Fidei unitate perseverantes, majorem auctoritatem tribuimus, ita & Schismaticorum Codices, ubicumque a Vulgata non discrepent, non secus ac de Hebraeo fonte posuimus, ceu authenticos veneramur. Tandem Haereticorum quidem ad Hebraeos, Graecosque fontes perenniter provocantium ἀποστασίαν καὶ τὴν ασελγείαν etiam atque etiam improbamus, sed in linguarum cognitione plura esse commoda ad sacras litteras intelligendas, ut ex dicendis constabit, ingenue illis assentimur.

§. XI.

De Exoticarum Linguarum praestantia.

Clementis V. P. M. Sanctio illa in Oecumenico Viennensi Concilio promulgata, propter quam in Generalibus studiis, Collegiis, atque Accademiis exoticae linguae essent edocendae ἐκ μεγάλης Σωφροσύνης, καὶ Προνοίας fuit constituta; utinam & pari successu; Eterodoxi enim facilius ad ecclesiae gremium adduci potuissent. Earum propterea utilitatem, aliquatenus tyronum oculis subjicere, ut majori alacritate iisdem vacent, nostrum esse judicavimus. Itaque parum est in translationibus Archetypi venustatem, ut plurimum desiderari, quod quidem, ut in plerisque versionibus, eo magis in latinis Sacrorum Co-

Codicum editionibus potuit contingere, quo Latini consuetudo sermonis ab Orientalium scribendi ratione digreditur. Latino tantum idiomati addicti saepissime in locis obscuris coguntur fluctuare. Norunt, qui linguam sanctam vel a limine salutarunt, Hebraeos propter exiguum radicalium numerum, iisdem non raro uti consonantibus ad res diversas designandas, eodemque invariato nomine casus omnes efferre, apposita tantum vocis initio aliqua ex sequentibus litteris ל , ה , את , מ , quae casus determinant, quatenns praepositionum vices gerunt. Norunt in verbis, non secus ac nominibus, duo admitti genera masculinum, ac faemininum, & verba pro diverso inflexionis modo, diversa, imo & contraria significare, eademque esse vel activa, vel passiva, vel media, videlicet communia. Norunt denique unam, si proprie dicere velimus, verborum apud Hebraeos conjugationem, quantum ad sonum, & significationem modo septemplici variari; Habent enim *Kal*, *Niphal*, *Piel*, *Pual*, *Hiphil*, *Hophal*, *Hithpael*. Verbum in *Kal* activo modo significat, ut מָלַךְ *regnavit ille*. In *Niphal* idem verbum vim suscipit passivam, ut נִמְלַךְ *regnatus est*. In *Piel* denotat peculiarem modum actionis, regni nimirum vel bene, vel saepe administrati, ut מִלֵּךְ *bene, vel saepe regnavit*. In *Pual* מֻלַּךְ eadem est significatio, sed passiva. In *Hiphil* הִמְלִיךְ denotat unius in alterius commodum, regni caussa, actionem; atque idem valet, ac *fecit regnare*. In *Hophal* הָמְלַךְ ejusdem est *passive* valoris. In Hithpael הִתְמַלֵּךְ significat actionem in se ipsum, nimirum *semet Regem fecit*. Jam vero diversas nominum affectiones, verborumque varias flexiones, ut de aliis linguae sanctae idiotismis sileamus, Interpretes ut plurimum non exprimunt, vel saepe in exprimendo discrepant inter se, atque adeo in caussa sunt, quod qui solummodo Latine sciunt, difficultatibus obruantur. Quod

Quod vero frugi Theologos ad linguarum assequendam peritiam, vel maxime debet commovere, Vulgatae est contra pravitatem Haereticorum, eandem perpetuis assultibus impetentium, solida virilisque defensio. Ad hoc inquit consodalis Casimirus Mezger in opusculo, cui titulus: *Poesis Hebraica part.III. Edit. Romanae pag.*80., optimum remedium esse notitiam primaevarum linguarum quis neget? uti etiam ad eruendum sensum litteralem, quod in Vulgata obscurus, vel quodam velo obductus est. Una enim lingua exponit obscuritatem alterius, velumque removet, ut amica veritas eluceat, quam alias nunquam deprehendes, nisi fors ex improviso obtigerit, si sponte se obviam dederit. Quotus enim quisque est, qui audeat sine primaevarum linguarum notitia sensum litteralem in sacris Libris invenire? Etiamsi latinae linguae peritia alter sit Cicero, aut Varro, omni sua arte in Jobi libro, quasi in Labyrintho oberrabit, cum Arabismi, quibus scatet viam communem undequaque impediant. Quibus oculis salutabit Danielem, & Esdram ubi Chaldaismus Hebraismo permixtus est? Quomodo explicabit tot Syrismos, quibus universa lex redundat? quot insuper ibidem sunt Hellenismi, & Hypallagae? quot orientales loquendi modi? quot ignota proverbia, quot reconditae vetustates, quot phrases latinis insuetae, nexusque peregrini? quae omnia sine linguis primaevis occulta esse mysteria videntur. Interpretes hebes? gratulor tibi, si tales, qui ipsimet non peregrini in Israel: cujus descriptionem si tantum aliunde acquisiverunt, tam facile ac caeci duces fidentem te in ignorantiae, vel erroris foveam praecipitem dabunt. Sint autem peritissimi illi: Quoties eorum mentem omnino non capis, aut tantum ex parte? Quid si non tales? Si tantum illos, qui orientales linguas, seu claves divini armarii, veluti monstra refugerint, qui lucem veluti tenebras oderint? qui suas opiniones veluti κύρας δοξας cum detrimento S. Codicis vendiderint? emptoremque ob-

obsoletis, parum dixi, fraudulentis mercibus deceperint? Quid si nulli Interpretes? quid si non consentiunt? quid si ipsi Patres varias in sententias abeunt? cui adhaeres? quem caeteris praefers? quid si haeretici, ut fieri solet ad fontes S. Scripturae provocent? quid respondebis? quomodo Verbum divinum defendes? „ At enim cernimus plura observatione digna ad tyronum utilitatem Mezgerum congessisse, nonnulla ex eodem lubet decerpere. Theographorum Metaphoras tum e militia sumptas, tum aliunde Vulgata saepe non repraesentat: sic Ps.VII.v.2.

מָגִנִּי עַל־אֱלֹהִים

Clypeus meus super Deum; transtulit Latinus Interpres: *Adjutorium meum a Domino*: & מָגֵן *Clipeus* omittitur. Pariter Psalmo apud Hebraecs XXX.V. v. 8. & in Vulgata XXXIII. legitur

חֹנֶה מַלְאַךְ־יְהוָה סָבִיב לִירֵאָיו

Castrametatur Angelus Domini circa timentes eum: Lat. vero Interpres legit: *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum*: ubi emphasis minuitur. Heic liceat advertere Mezgerum loco verbi חֹנֶה transtulisse adverbium הִנֵּה *ecce* & nihilominus legere *castrametatur*, quod in Textu non esset, statim ac legendum ibi foret הִנֵּה: Sed pergamus: in Psalmo XXXVIII. v. VI. legimus: *Ecce mensurabiles posuisti dies meos*: Hebraei vero:

הִנֵּה טְפָחוֹת נָתַתָּה יָמַי

Ecce palmos (scilicet palmi mensuram) *dedisti dies meos*: in qua lectione major per se patet energia. Insuper clarius aliquando exprimitur vocabulum proprium in Textu primigenio, quam fiat in Vulgata idem tropice efferente. Exemplo sit illud Psalmi XXXI. v. 16.

בְּיָדְךָ עִתֹּתָי

In manu tua (sunt) *tempora mea*, quod minus lu-

culenter exprimit Vulgata hocce modo: *In manibus tuis sortes meae*. Praeterea, bene habet Mezger, edit. Laudatae pag. XVII. Quis Latinorum divinaverit per verbum mentiri כחש Psal. XVII. v. 46. significari servitutem? quia nimirum servi, vel ut placeant heris, vel ut se excusent, mentiri solent. Psalmo tamen LXXXI. v. 16. probabilius est accipi debere sensu proprio: *Inimici Domini mentiti sunt ei*,

משנאי יהוה יכחשו לו

Ex sola latinitate dignosci nequit, an activo sensu, an passivo dictum sit: *vincas cum judicaris*. Psalmo L. v. 6. Neque Psal. LIX. v. 12., an in verbis: *nequando obliviscantur populi mei*: pronomen hocce, personale sit, an possessivum; seu an sui oblivionem, an legis, ac justitiae David recuset. Neque Psal. XLII. v. 2. quaenam exemplaria sint sequenda, illane quae habent *DEUM fortem vivum*, an quae *DEUM fontem vivum*, praesertim cum cervus fontes aquarum praecedat, neque desint interpretes fabellam pro historia narrantes, cervum, devorato serpente, mirifice sitire „. Hactenus eruditus noster confrater, ex quo pariter adnotamus, non semper interpretes inter se discrepare, cum vocabulo cuipiam, vel sententiae appingunt in speciem diversas significationes. Insigne hujus testimonium est locus notissimus Psal. II. נַשְּׁקוּ בַר *apprehendite disciplinam*, inter Doctores Hebraicos, nostrosque toties jam magno studio agitatus. *Hebraice* significat: *osculamini filium*. Chaldaice *recipite doctrinam*. D. Hieronymus vertit: *adorate pure*. Septuaginta, & B. Lucianus nobiscum: *apprehendite disciplinam*. Universae hujus diversitatis caussa haud alia est, quam vocabulum בר quod significat filium, munditiam, sive puram integritatem, osculum reverentiae, quod Hebraeis idem est, ac signum adorationis, & etiam aliis gentibus non ignotum. Cum ergo Psalmum hunc omnes tum Hebraei, tum Christiani de Messia intelligant

gant, singulorum interpretationes componuntur in unam: adorate filium, sed adorate pure, serio, vere, doctrinam, & disciplinam ejus arripientes, & morum, ac vitae munditia exprimentes. Erudite has difficultates coadunat V. Cl. Johannes Bapt. Eberenz in Regulis methodi Hagiographicae cap. V. §. 7. per Anabathmum, seu modum loquendi orientalium, aut ascendendo, aut descendendo, absque expressione graduum, ita ut gradus summus, aut infimus idem significet, quod gradus ille, unde ascensio, vel descensio inchoata est. Sic qui aliquem agnoscit, ut suum Regem ei praestat homagium, qui praestat homagium Regi, ille apud orientales ritu patrio id osculo testatur, hoc osculo profitetur se Regi subditum: qui est subditus, apprehendit praescriptam a Rege disciplinam: ergo osculans filium, & apprehendens disciplinam idem sunt. En, quam magna primo obtutu visa est differentia, tam levis, imo nulla est, atque sensus litteralis, & Vulgata optime defenditur ,, . Hanc ipsam expositionem longe ante Eberenzium, (cujus tamen laudibus malumus addere, quam detrahere) adoptaverat Abenezra, qui teste Buxtorfio in Lexico Hebraico-Chaldaico ad vocabulum בַּר, expendens illud Prov.XXXI. v.2. בְּרִי *Fili mi*, non modo observavit vocem בר tum in Psalmo II., tum in Proverb. idem significare, verum etiam osculandi verbum in Psal. laudato, exprimere osculum subjectionis, & obedientiae, ut etiamnum, inquit, moris est apud Indos. Sed & illud, qui Hebraicae linguae analysi pollent, commodum percipiunt, quod facile videant a Sacris Codicibus abesse ταυτολογίαν, καὶ ταυτοσιχίαν. Eccontra Hebraicae linguae ignaris, plura in sacris litteris se se offerunt, quae eundem exprimere sensum videntur, perinde ac si forent Synonymiae. Ita illa Jeremiae cap.XLVI. v.3. *Praeparate scutum, & clypeum*: עִרְכוּ מָגֵן וְצִנָּה non denotant idem bellicum instrumentum, ac praeterea Sanctes Pagninius transfert: *Ordinate scu-*

tum, & *peltam*: Scutum reapse a pelta, seu clypeo & forma, & usu discrepabat. Non desunt utique in sacris Codicibus eorumdem vocabulorum repetitiones ad majorem emphasim & ἐνέργειαν, cujusmodi apud Latinos, & Poetas reperiuntur frequentissimae, praesertim in Elegiis, Ecclogis, Phaleuciis sive Hendecasyllabis. Haud raro etiam se prodit πλεόνασμος, παρονομασίας, καὶ ανάληψις. Quae quidem linguam sanctam ignorantibus tenebras obducere necesse fit. Parum absimile de utilitate linguae Graecae, quam Theologorum vulgus despicit, vere docti ferunt judicium. Gaudent Graecanicae dictiones innatis quibusdam proprietatibus, adeo ut vix latine, nisi forte per periphrasim, juxta earum spiritum reddi queant. Sit unum, & alterum exemplum ex multis, quae possent exhiberi. Marci VI. v. 46. legitur: καὶ ἀποταξάμενος ἀυτοῖς, ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι· *Et cum dimisisset eos abiit in montem orare*. At verbum Graecum, unde αποταξάμενος, non significat simpliciter dimittere, ait eruditissimus Canus lib. II. de Locis Theo. cap. V., sed dimittere benigne, ac gratiose, quemadmodum amicis celebrato convivio benevole valedicimus. Qua in re Evangelista Graece scribens Jesu Christi etiam erga rusticos summam comitatem, & gratiam commendavit. Id quod latina voce exprimi vix potest. Et in Epist. ad Ephesios pro eo quod nostra editio habet: *A constitutione mundi*, Graece habetur καταβολὴ, quod *constitutio* sonat: unde & nos propter paupertatem linguae, & rerum novitatem, & (sicut quidam ait) quod sit Graecorum sermo latior, & lingua felicior, conabimur non tam verbum transferre e verbo, quod impossibile est, quam vim verbi quodam explicare circuitu. Καταβολὴ proprie dicitur, cum quid deorsum jacitur, vel cum aliqua res sumit exordium. Unde & hi qui aedium futurarum jaciunt fundamenta, καταβεβληκέναι dicuntur: volens itaque Paulus ostendere, quod Deus universa sit machinatus ex nihilo, non conditionem, non creaturam, atque facturam,

sed

sed καταβολὴν idest initium fundamenti ad eum retulit „. Ita Hieronymus, qui lib. I. adversus Jovinianum similiter tractans locum illum I. Corinth. cap. VII. v. 35., ἐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλλω· *Non ut laqueum vobis injiciam*: sed & proprietatem, ait, Graecam Latinus sermo non explicat. Quibus enim verbis, quae possit dicere &c. unde & in Latinis Codicibus ob translationis difficultatem hoc penitus non invenitur „. Amplissimas alias persequi non vacat ex linguae hujus peritia utilitates, quas inter obvia illa est de commodo errores praecavendi, vel ex scriptorum vitio, vel typothetarum dormitatione incurrentium, vel demum ex amphibologia latini sermonis facile adoptandos. Perperam vero hinc exoticarum linguarum peritiam nonnulli adeo extollunt, ut velint viro Theologo absolute, & simpliciter esse necessariam. Hi porro ἀλλόγλωσσοφιλτατοι certo certius extra orbitam vagantur. Iis auditis reverentia erga clarissimos tum recentiorum, cum sequiorum temporum Theologos, concidat necesse est; imo etiam primitivorum Patrum, qui Ecclesiae lumina fuere, evanescet aut ad minus multo imminuetur authoritas. Nam si de Hebraea lingua fiat sermo, inquit Canus lib. II. de Lo. Theol. cap. XIII. ex Graecis Dorotheum, Origenem, & Eusebium Hebraicas litteras calluisse legimus; ex Latinis autem praeter Clementem, & Hieronymum, vix quisquam alius Hebraeas litteras novit „. Qui igitur recentiores Theologos ob linguarum peritiam simpliciter, & nullo discrimine veteribus praeferunt; atque Ecclesiae Patres hacce de re parvipendunt, ea statuminant, ac venditant, quae Christianae aures, nec ferre, nec pati debent. Praeterea non statim sacras litteras intelligunt, qui Hebraice, & Graece sciunt, sed ingenio opus est, & judicio, & fere assidua lectione: ut quis autem (bene scribit Mericus Casaubonus Is. Fil. in priori parte Commentationis de lingua Hebraica) perveniat ad eum intelligentiae gradum, qui sacrae hujus scientiae doctori conveniat, nullum non disci-

pli-

plinae genus, & eruditionis est necessarium, nullum enim quod non juvet, & in obscurissimis saepe locis, ex infima arte, aut scriptore lux clara peti potest. Quae quia omnia perfecte complecti, non unius est hominis, consequens tamen est, ut tanto ille ad perfectionem propius accedat, qui plura complectitur: modo tamen par sit ingenium, quod in omni re praecipuum est: & sine quo reliqua ad ostentationem quidem non parum fortasse, & eruditionis laudem comparandam: ad verae autem utilitatis fructum, quo auctiores fiant res Theologicae, nihil omnino proderunt. Hoc certum est, si qui sine Hebraicae linguae (itemque Graecanicae) peritia, praestantes fuere Theologi eos tanto praestituros fuisse, si periti fuissent; sine exceptione tum laudandi, qui nunc vel a pueris ob istum defectum multa sibi condonari postulant „. Aequi nunc bonique consulant nostri in linguis exoticis tyrones, ut Veteris Testamenti Textus a sacris Novi Foederis Scriptoribus laudatos, prout ad calcem Vulgatae reperiuntur, oculis subjiciamus. Apud Biblia Hebraica Xantis Pagnini, curante Benedicto Aria Montano Hispalensi recusa, notisque respersa, si cui lubeat, poterit Hebraeum Textum recognoscere; Graecam vero versionem, sicut in paragrapho primo admonuimus, P. Hermanni Goldhagenii Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ suppeditavit. Si Textus inter se conferre voluerint, alterum quandoque prae altero redundare deprehendent: nec absque fructu, modo variationes expendant diligenter. Latinam versionem, quo prae oculis habeant, e Vulgata ad uniuscujusque paginae calcem exhibemus.

TEX-

TEXTUS
EX VETERI TESTAMENTO
AB APOSTOLIS, ET EVANGELISTIS
IN NOVUM ADSCITI.

EX GENESI.

מן בראשית

א 27 זָכָר וּנְקֵבָה בָּרָא אֹתָם׃

Mat. c. XIX. 4. Ἄρσεν, καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς. (a)

ב 2 וַיִּשְׁבֹּת בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מִכָּל־מְלַאכְתּוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה׃

Ad Heb. c. IV. 4. Καὶ κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. (b)

ב 7 וַיְהִי הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה׃

Ad Corint. c. XV. 45. Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄντρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν. (c)

ב 24 עַל־כֵּן יַעֲזָב־אִישׁ אֶת־אָבִיו וְאֶת־אִמּוֹ וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד׃

Mat. c. XIX. 5. Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. (d)

(a) *Masculum, & feminam fecit eos.*

(b) *Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis.*

(c) *Factus est primus homo Adam in animam viventem.*

(d) *Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una.*

יב 1 ויאמר יהוה אל־אברם לך־לך מארצך וממולדתך ומבית אביך אל־הארץ
אשר אראך׃

Actor. c. VII. 3. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἂν σοι δείξω. (e)

יב 3 ונברכו בך כל משפחת האדמה׃

Actor. c. III. 25. Καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. (f)

יה 5 כה יהיה זרעך׃

Ad Rom. IV. 18. Οὕτως ἔσαι τὸ σπέρμα σου. (g)

יה 6 והאמן ביהוה ויחשבה לו צדקה׃

Ad Rom. IV. 3. Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. (h)

יה 13 ויאמר לאברם ידע תדע כי־גר יהיה זרעך בארץ לא להם ועבדום וענו
אתם ארבע מאות שנה׃

Actor. VII. 6. Ελάλησε δὲ αὐτῷ ὁ Θεὸς, ὅτι ἔσαι τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτοὺς, καὶ κακώσουσιν ἔτη τετρακόσια. (i)

יז 6 כי אב־המון גוים נתתיך׃

Ad Rom. IV. 17. Ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. (k)

(e) *Et dixit ad illum: exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstravero tibi.*

(f) *Et in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae.*

(g) *Sic erit semen tuum.*

(h) *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.*

(i) *Locutus est autem eis Deus: Quia erit semen ejus accola in terra aliena, & servituti eos subjicient, & male tractabunt eos annis quadringentis.*

(k) *Quia patrem multarum gentium constitui te.*

יח י שׁוֹב אָשׁוּב אֵלֶיךָ כָּעֵת חַיָּה וְהִנֵּה־בֵן לְשָׂרָה׃

Ad Rom. IX. 9. Κατὰ τὸν καιρὸν τῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔςαι τῇ Σάῤῥᾳ ὑιός. (a)

כא י גָּרֵשׁ הָאָמָה הַזֹּאת וְאֶת־בְּנָהּ׃

Ad Gal. IV. 30. Ἔκβαλε τὴν παιδίσκην, καὶ τὸν ὑιὸν αὐτῆς. (b)

כא יב בְּיִצְחָק יִקָּרֵא לְךָ זָרַע׃

Ad Rom. IX. 7. Ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα. (c)

כב יז כִּי־בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ וְהַרְבָּה אַרְבֶּה אֶת זַרְעֲךָ׃

Ad Heb. VI. 14. ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. (d)

כב יח וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ׃

Ad Galat. III. 8. Ὅτι ἐνευλογηθήσονται ἐν σοί πάντα τὰ ἔθνη. (e)

כה כג וְרַב יַעֲבֹד צָעִיר׃

Ad Rom. IX. 12. Ὅτι ὁ μείζων δυλεύσει τῷ ἐλάσσονι. (f)

מן ואלה שמות

ג ו אָנֹכִי אֱלֹהֵי אָבִיךָ אֱלֹהֵי אַבְרָהָם אֱלֹהֵי יִצְחָק וֵאלֹהֵי יַעֲקֹב׃

Matth. XXII. 32. Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ. (g)

ט טז וְאוּלָם בַּעֲבוּר זֹאת הֶעֱמַדְתִּיךָ בַּעֲבוּר הַרְאֹתְךָ אֶת־כֹּחִי׃

Ad Rom. IX. 17. Ὅτι εἰς αὐτὸ τῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐν-

(a) *Secundum hoc tempus veniam, & erit Sarae filius.*
(b) *Ejice ancillam, & filium ejus.*
(c) *In Isaac vocabitur tibi semen.*
(d) *Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.*
(e) *Quia benedicentur in te omnes gentes.*
(f) *Quia major serviet minori.*
(g) *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob.*

ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου. (a)

יב 45 וְעֶצֶם לֹא־תִשְׁבְּרוּ־בוֹ׃

Joannis XIX. 36. Ὀστοῦν οὐ συντρίψετε ἀπ' ἀυτοῦ. (b)

יג 2 כָּל־בְּכוֹר פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם׃

Luc. II. 23. Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν. (c)

יו 18 וְלֹא הֶעְדִּיף הַמַּרְבֶּה וְהַמַּמְעִיט לֹא הֶחְסִיר׃

Ad Corint. II. C. VIII. 15. Ὁ τὸ πολὺ, οὐκ ἐπλεόνασε· καὶ ὁ τὸ ὀλίγον, οὐκ ἠλαττόνησε. (d)

ב 13 14 15 16 17 לֹא תִרְצָח׃ לֹא תִנְאָף׃ לֹא תִגְנֹב׃ לֹא־תַעֲנֶה בְרֵעֲךָ עֵד שָׁקֶר׃ לֹא תַחְמֹד׃

Ad Rom. XIII. 9. Ου μοιχέυσεις· ὀυ φονεύσεις· ὀυ κλέψεις· ὀυ ψευδομαρτυρήσεις· ὀυκ ἐπιθυμήσεις· (e)

כ 12 כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ׃

Marci VII. 10. Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μετέρα σου· (f)

כא 17 וּמְקַלֵּל אָבִיו וְאִמּוֹ מוֹת יוּמָת׃

Marci VII. 10. Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μετέρα, θανάτῳ τελευτάτω· (g)

כא 24 עַיִן תַּחַת עַיִן שֵׁן תַּחַת שֵׁן׃

Matt. V. 38. Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος· (h)

(a) *In hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te potentiam meam.*
(b) *Os non comminuetis ex eo.*
(c) *Omne masculinum adaperiens vulvam.*
(d) *Qui multum, non abundavit; & qui modicum non minoravit.*
(e) *Non adulterabis: Non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces.*
(f) *Honora patrem tuum, & matrem tuam.*
(g) *Qui maledixerit patri suo, vel matri morte moriatur.*
(h) *Oculum pro oculo, dentem pro dente.*

כב 28 וְנָשִׂיא בְעַמְּךָ לֹא תָאֹר׃

Ad XXIII. 5. Ἄρχοντα τῦ λαῦ σῦ ὐκ ἐρεῖς κακῶς· (a)

כד 8 הִנֵּה דַם־הַבְּרִית אֲשֶׁר כָּרַת יְהוָה עִמָּכֶם׃

Ad Heb. IX. 20. Τῦτο τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, ἧς ἐνετείλατο πρὸς ὑμᾶς ὁ Θεός· (b)

כה 40 וּרְאֵה וַעֲשֵׂה בְּתַבְנִיתָם אֲשֶׁר־אַתָּה מָרְאֶה בָּהָר׃

Ad Heb. VIII. 5. Ὅρα . . . ποιήσῃς πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει· (c)

לב 1 עֲשֵׂה־לָנוּ אֱלֹהִים אֲשֶׁר יֵלְכוּ לְפָנֵינוּ׃

Act. VII. 40. Ποίησον ἡμῖν θεὺς οἳ προπορεύσονται ἡμῶν· (d)

לג 19 וְרִחַמְתִּי אֶת־אֲשֶׁר אֲרַחֵם׃

Ad Rom. IX. 15. Ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ· (e)

לד 33 וַיִּתֵּן עַל־פָּנָיו מַסְוֶה׃

Ad Corint. II. C. III. 13. Ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτῦ· (f)

מן ויקרא

יא 44 וִהְיִיתֶם קְדֹשִׁים כִּי קָדוֹשׁ אָנִי

Petri 1. Cap. 1. 16. Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι· (g)

יח 5 אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה אֹתָם הָאָדָם וָחַי בָּהֶם׃

Ad Rom. x. 5. Ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτοῖς· (h)

(a) *Principi populi tui non maledices.*
(b) *Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.*
(c) *Vide . . . . omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte.*
(d) *Fac nobis Deos, qui praecedant nos.*
(e) *Miserebor, cujus misereor.*
(f) *Ponebat velamen super faciem suam.*
(g) *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.*
(h) *Qui fecerit homo, vivet in ea.*

יט יב וְלֹא־תִשָּׁבְעוּ׃

Matt. V. 33. Ὀυκ ἐπιορκήσεις· (a)

יט יח ואהבת לרעך כמוך׃

Ad Rom. XIII. 9. Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν· (b)

כו יב והתהלכתי בתוככם והייתי לכם לאלהים ואתם תהיו־לי לעם׃

Ad Corint. II. Cap. VI. 16. Ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός· (c)

מן וידבר

ט יב ועצם לא ישברו־בו׃

Joann. XIX. 36. Ὀστοῦν οὐ συντρίψετε ἀπ' αὐτοῦ· (d)

מן אלה הדברים

ד כד כי יהוה אלהיך אש אכלה הוא׃

Ad Heb. XII. 29. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον· (e)

ו ד שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד׃

Marci XII. 29. Ἄκουε Ἰσραὴλ Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν Κύριος εἷς ἐστι· (f)

ו ה ואהבת את יהוה אלהיך בכל־לבבך ובכל נפשך ובכל־מאדך׃

Mat. XXII. 37. Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου· (g)

(a) *Non perjurabis.*

(b) *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.*

(c) *Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

(d) *Os non comminuetis ex eo.*

(e) *Etenim Deus noster ignis consumens est.*

(f) *Audi Israel Dominus Deus tuus Deus unus est.*

(g) *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.*

י 20 אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּירָא אֹתוֹ תַעֲבֹד׃

Mat. IV. 10. Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· (a)

ו 16 לֹא תְנַסּוּ אֶת־יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם׃

Mat. IV. 7. Ὀυκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου· (b)

ח 3 לֹא עַל־הַלֶּחֶם לְבַדּוֹ יִחְיֶה הָאָדָם׃

Mat. IV. 4. Ὀυκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος· (c)

י 17 אֲשֶׁר לֹא־יִשָּׂא פָנִים׃

Ad Gal. II. 6. Πρόσωπον ὁ Θεὸς ἀνθρώπου οὐ συλλαμβάνει· (d)

יח 15 נָבִיא מִקִּרְבְּךָ מֵאַחֶיךָ כָּמֹנִי יָקִים לְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃

Act. III. 22. Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν· (e)

יט 15 עַל־פִּי שְׁנֵי עֵדִים אוֹ עַל־פִּי שְׁלֹשָׁה־עֵדִים יָקוּם דָּבָר׃

Ad Corint. I. II. XIII. 1. Ἐπὶ σόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σαθήσεται πᾶν ῥῆμα· (f)

כא 23 כִּי־קִלְלַת אֱלֹהִים תָּלוּי׃

Ad Galat. III. 13. Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου· (g)

כה 4 לֹא־תַחְסֹם שׁוֹר בְּדִישׁוֹ׃

Ad Corinth. I. IX. 9. Ὀυ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα· (h)

(a) *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.*
(b) *Non tentabis Dominum Deum tuum.*
(c) *Non in solo pane vivit homo.*
(d) *Deus personam hominis non accipit.*
(e) *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester.*
(f) *In ore duorum, vel trium stabit omne verbum.*
(g) *Maledictus omnis, qui pendet in ligno.*
(h) *Non alligabis os bovi trituranti.*

כה ה כי־ישבו אחים יחדו ומת אחד מהם ובן אין־לו לא־תהיה
אשת־המת החוצה לאיש זר יבמה יבא עליה ולקחה לו לאשה
ויבמה:

Marc. XII. 19. Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, καὶ καταλίπῃ γυναῖκα, καὶ τέκνα μὴ ἀφῇ, ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ· (a)

כז כו ארור אשר לא־יקים את־דברי התורה־הזאת לעשות אותם:

Ad Galat. III. 10. Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τοῦ ποιῆσαι αὐτά· (b)

ל יב מי יעלה־לנו השמימה:

Ad Rom. X. 6. Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; (c)

ל יד כי־קרוב אליך הדבר מאד בפיך ובלבבך:

Ad Rom. X. 8. Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· (d)

לב כא ואני אקניאם בלא־עם בגוי נבל אכעיסם:

Ad Rom. X. 19. Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ᾿ οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς. (e)

לב לה לי נקם ושלם לעת:

Ad Rom. XII. 19. Ἐμοὶ ἐκδίκησις· Ἐγὼ ἀνταποδώσω· (f)

(a) *Si cujus frater mortuus fuerit, & dimiserit uxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater ejus uxorem ipsius.*

(b) *Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.*

(c) *Quis ascendet in Coelum.*

(d) *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo.*

(e) *Ego ad aemulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam.*

(f) *Mihi vindictam, ego retribuam.*

מן יהושע

א 5 לא ארפך ולא אעזבך׃

Ad Heb. XIII. 5. Ὀυ μή σε ἀνῶ, ὐδ' ὐ μή σε ἐγκαταλίπω· (a)

מן שמואל ב

ז 14 אני אהיה־לא לאב והוא יהיה־לי לבן׃

Ad Heb. I. 5. Ἐγὼ ἔσομαι ἀυτῷ εἰς πατέρα; ϗ ἀυτὸς ἔςαι μοι εἰς ὑιον; (b)

מן מלכים א

יט 10 ואת־נביאיך הרגו בחרב׃

Ad Rom. XI. 3. Κύριε τὺς Προφήτας συ απέκτειναν· (c)

יט 18 והשארתי בישראל שבעת אלפים כל־הברכים אשר לא כרעו
לבעל

Ad Rom. XI. 4. Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίυς ἄνδρας, ὅιτινες ὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ βααλ· (d)

מן איוב

ה 13 לכד חכמים בערמם׃

Ad Corint. I. C. III. 19. Ὁ δρασσόμενος τὺς σοφὺς ἐν τῇ πανυργία ἀυτῶν· (e)

(a) *Non te deseram, neque derelinquam.*
(b) *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.*
(c) *Domine prophetas tuos occiderunt.*
(d) *Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.*
(e) *Comprehendam sapientes in astutia eorum.*

מן ספר תהילם

ב 1 לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם וּלְאֻמִּים יֶהְגּוּ רִיק׃

Act. IV. 25. Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, ϗ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; (a)

ב 7 יְהוָה אָמַר אֵלַי בְּנִי אַתָּה אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ׃

Act. XIII. 33. Ὑιός μου εἶ σὺ ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. (b)

ב 9 תְּרֹעֵם בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל כִּכְלִי יוֹצֵר תְּנַפְּצֵם׃

Apocal. II. 27. Καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ϗ ὡς σκεύη τὰ κεραμικὰ συντριβήσεται· (c)

ד 5 רִגְזוּ וְאַל־תֶּחֱטָאוּ׃

Ad Eph. IV. 26. Ὀργίζεσθε, ϗ μὴ ἁμαρτάνετε· (d)

ה 11 קֶבֶר־פָּתוּחַ גְּרוֹנָם לְשׁוֹנָם יַחֲלִיקוּן׃

Ad Rom. III. 13. Τάφος ἀνεῳγμένος λάρυγξ αὐτῶν· ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν· (e)

ו 6 סוּרוּ מִמֶּנִּי כָּל־פֹּעֲלֵי אָוֶן׃

Mat. VII. 23. Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· (f)

ח 4 מִפִּי עוֹלְלִים וְיֹנְקִים יִסַּדְתָּ עֹז׃

Mat. XXI. 16. Ἐκ στόματος νηπίων, ϗ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον· (g)

(a) *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?*
(b) *Filius meus es tu, ego hodie genui te.*
(c) *Et reget eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur.*
(d) *Irascimini, & nolite peccare.*
(e) *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant.*
(f) *Discedite a me, qui operamini iniquitatem.*
(g) *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.*

ח 5 מה־אנוש כי־תזכרנו ובן־אדם כי תפקדנו׃

Ad Heb. II. 6. Τί ἐςιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτȣ̃ ἢ υἱὸς ἀνθρώπȣ, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; (a)

ח 7 כל שתה תחת־רגליו׃

Ad Corint. I. xv. 26. Πάντα γὰρ ὑπετάξεν ὑπὸ τȣ̀ς πόδας αὐτȣ̃· (b)

י 7 אלה פיהו מלא ומרמות ותך׃

Ad Rom. III. 14. Ὧν τὸ ςόμα ἀρᾶς, ϗ πικρίας γέμει· (c)

יד 3 הכל סר יחדו נאלחו אין עשה־טוב אין גם־אחד׃

Ad Rom. III. 12. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· ȣ̓κ ἔςι ποιῶν χρηςότητα, ȣ̓κ ἔςιν ἕως ἑνός· (d)

יו 8 שויתי יהוה לנגדי תמיד כי מימיני בל־אמוט׃

Act. II. 25. Προωρώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μȣ διὰ παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μȣ ἐςὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ· (e)

יו 10 כי לא־תעזב נפשי לשאול לא־תתן חסידך לראות שחת׃

Act. II. 27. Ὅτι ȣ̓κ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μȣ εἰς ᾅδȣ, ȣ̓δὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σȣ ἰδεῖν διαφθοράν. (f)

יח 3 אלי צורי אחסה־בו׃

Ad Heb. II. 13. Ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ· (g)

(a) *Quid est homo, quod memor es ejus, aut filius hominis, quoniam visitas eum?*

(b) *Omnia subjecit sub pedibus ejus.*

(c) *Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est.*

(d) *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.*

(e) *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.*

(f) *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.*

(g) *Ego ero fidens in eum.*

יח נ עַל־כֵּן אוֹדְךָ בַגּוֹיִם יְהוָה וּלְשִׁמְךָ אֲזַמֵּרָה׃

Ad Rom. XV. 9. Διὰ τοῦτο ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι Κύριε, καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ. (a)

יט ה בְּכָל־הָאָרֶץ יָצָא קַוָּם וּבִקְצֵה תֵבֵל מִלֵּיהֶם׃

Ad Rom. X. 18. Μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. (b)

כב ב אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי׃

Mat. XXVII. 46. Θεέ μου, Θεέ μου, ἱνατί με ἐγκατέλιπες; (c)

כב יט יְחַלְּקוּ בְגָדַי לָהֶם וְעַל־לְבוּשִׁי יַפִּילוּ גוֹרָל׃

Mat. XXVII. 35. Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. (d)

כב כג אֲסַפְּרָה שִׁמְךָ לְאֶחָי׃

Ad Heb. II. 12. Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου. (e)

כד א לַיהוָה הָאָרֶץ וּמְלוֹאָהּ׃

Ad Corint. I. X. 25. Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. (f)

כה יט שֹׂנְאַי חִנָּם שֹׂנְאוּנִי׃

Joan. XV. 25. Ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν. (g)

(a) *Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo psalmum dicam.*

(b) *Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum.*

(c) *Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me.*

(d) *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.*

(e) *Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.*

(f) *Domini est terra, & plenitudo ejus.*

(g) *Quia odio habuerunt me gratis.*

לא ו בידך אפקיד רוחי׃

Luc. XXIII. 46. Ἐις χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνευμά μου· (a)

לב א אשרי נשוי־פשע כסוי חטאת׃

Ad Rom. IV. 7. Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ αμαρτίαι. (b)

לד יג מי־האיש החפץ חיים אהב ימים לראות טוב׃

Petr. I. III. 10. Ὁ γὰρ θέλον ζωὴν ἀγαπᾶν, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγατὰς. (c)

מ ז זבח ומנחה לא חפצת׃

Ad Heb. X. 5. Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας. (d)

מא י אכל לחמי הגדיל עלי עקב׃

Joan. XIII. 18. Ὁ τρώγων 'μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον επῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν ἀυτοῦ· (e)

מד כג כי־עליך הורגנו כל־היום׃

Ad Rom. VIII. 36. Ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. (f)

מה ז כסאך אלהים עולם ועד׃

Ad Heb. I. 8. Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεος, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· (g)

(a) *In manus tuas commendo spiritum meum.*

(b) *Beati, quorum remissae sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.*

(c) *Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos.*

(d) *Hostiam, & oblationem noluisti.*

(e) *Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum.*

(f) *Quia propter te mortificamur tota die.*

(g) *Thronus tuus Deus in saeculum, saeculi.*

נא ו׳ למען תצדק בדברך תזכה בשפטך׃

Ad Rom. III. 4. Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε· (a)

נה כג׳ השלך על־יהוה יהבך והוא יכלכלך׃

Pet. I. V. 7. Πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιῤῥίψαντες ἐπ' αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν· (b)

סב יג׳ אתה תשלם לאיש כמעשהו׃

Ad Corint. I. III. 8. Ἕκαστος δὲ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται κατὰ τὸν ἴδιον κόπον· (c)

סח יט׳ עלית למרום שבית שבי׃

Ad Ephes. IV. 8. Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν· (d)

סט י׳ כי־קנאת ביתך אכלתני׃

Joan. II. 17. Ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου καταφάγεταί με· (e)

סט י׳ וחרפות חורפיך נפלו עלי׃

Joan. XV. 3. Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ· (f)

סט כג׳ יהי־שלחנם לפניהם לפח׃

Ad Rom. XI. 9. Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα· (g)

סט כו׳ תהי־טירתם נשמה׃

Act. I. 20. Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἔρημος· (h)

(a) *Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas cum judicaris.*
(b) *Omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.*
(c) *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.*
(d) *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem.*
(e) *Zelus domus tuae comedit me.*
(f) *Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.*
(g) *Fiat mensa eorum in laqueum.*
(h) *Fiat commoratio eorum deserta.*

עח ב אפתחה במשל פי׃

Mat. XIII. 35. Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου· (a)

עח כד ודגן־שמים נתן למו׃

Joan. VI. 31. Ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς φαγεῖν· (b)

פב ו אני אמרתי אלהים אתם׃

Joan. X. 34. Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε; (c)

פט כא מצאתי דוד עבדי׃

Act. XIII. 22. Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου· (d)

צא יא כי מלאכיו יצוה־לך׃

Mat. IV. 6. Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ· (e)

צד יא יהוה ידע מחשבות אדם כי־המה הבל׃

Ad Corint. I. III. 20. Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι· (f)

צה ז היום אם־בקלו תשמעו׃ אל־תקשו לבבכם׃

Ad Heb. III. 7. Σήμερον, ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε Μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν· (g)

צה יא אשר־נשבעתי באפי אם־יבאון אל־מנוחתי׃

Ad Heb. IV. 3. Ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου· (h)

(a) *Aperiam in parabolis os meum.*
(b) *Panem Coeli dedit eis manducare.*
(c) *Ego dixi, dii estis.*
(d) *Inveni David filium Jesse virum secundum cor meum.*
(e) *Quia Angelis suis mandavit de te.*
(f) *Dominus novit cogitationes sapientum, quoniam vanae sunt.*
(g) *Hodie si vocem ejus audieritis nolite obdurare corda vestra.*
(h) *Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.*

צז 8 הִשְׁתַּחֲווּ־לוֹ כָּל־אֱלֹהִים׃

Ad Heb. I. 6. Καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ · (a)

קב 26 לְפָנִים הָאָרֶץ יָסַדְתָּ וּמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ שָׁמָיִם׃

Ad Heb. I. 10. Καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς, Κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί · (b)

קד 4 עֹשֶׂה מַלְאָכָיו רוּחוֹת מְשָׁרְתָיו אֵשׁ לֹהֵט׃

Ad Heb. I. 7. Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα · (c)

קט 8 פְּקֻדָּתוֹ יִקַּח אַחֵר׃

Act. I. 20. Καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος · (d)

קי 1 נְאֻם יְהוָֹה לַאדֹנִי שֵׁב לִימִינִי׃

Act. II. 34. Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου · (e)

קי 1 עַד־אָשִׁית אֹיְבֶיךָ הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ׃

Act. II. 35. Ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου · (f)

קי 4 נִשְׁבַּע יְהוָֹה וְלֹא יִנָּחֵם אַתָּה־כֹהֵן לְעוֹלָם עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק׃

Ad Heb. VII. 17. Μαρτυρεῖ γὰρ, ὅτι σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ · (g)

(a) *Et adorent eum omnes Angeli ejus.*

(b) *Et tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt Coeli.*

(c) *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.*

(d) *Et episcopatum ejus accipiat alter.*

(e) *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis.*

(f) *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

(g) *Contestatur enim: quoniam tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.*

קיב ט פזר נתן לאביונים צדקתו עמדת לעד׃

Ad Corint. II. IX. 9. Ἐσκόρπισεν, ἔδωκεν τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· (a)

קיו י האמנתי כי אדבר׃

Ad Corint. II. III. 13. Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· (b)

קיו יא כל־האדם כזב׃

Ad Rom. III. 4. Πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης· (c)

קיו א הללו את־יהוה כל־גוים׃

Ad Rom. XV. II. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη· (d)

קיח ו יהוה לי לא אירא מה־יעשה לי אדם׃

Ad Heb. XIII. 6. Κύριος ἐμοὶ βοηθὸς, καὶ οὐ φοβηθήσομαι τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος· (e)

קיח כב אבן מאסו הבונים היתה לראש פנה׃

Matt. XXI. 42. Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· (f)

קלב יא מפרי בטנך אשית לכסא־לך׃

Act. II. 30. Ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ· (g)

קם ד חמת עכשוב תחת שפתימו׃

Ad Rom. III. 13. Ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν· (h)

(a) *Dispersit, dedit pauperibus justitia ejus manet in saeculum saeculi.*

(b) *Credidi, propter quod locutus sum.*

(c) *Omnis autem homo mendax.*

(d) *Laudate Dominum omnes Gentes.*

(e) *Dominus mihi adjutor, non timebo quid faciat mihi homo.*

(f) *Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.*

(g) *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

(h) *Venenum aspidum sub labiis eorum.*

מן ספר משלי

ג ז אל־תהי חכם בעיניך׃

Ad Rom. xii. 16. Μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς· (a)

ג יא מוסר יהוה בני אל־תמאס ואל־תקץ בתוכחתו׃

Ad Heb. xii. 5. Υἱέ μου μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος· (b)

ג יב את אשר־יאהב יהוה יוכיח׃

Ad Heb. xii. 6. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· (c)

י יב ועל כל־פשעים תכסה אהבה׃

Petr. i. iv. 8. Ὅτι ἡ ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν· (d)

יז יג משיב רעה תחת טובה לא־תמיש רעה מביתו׃

Ad Thessal. i. v. 15. Ὁρᾶτε μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῷ· [e]

כה כא אם־רעב שנאך האכילהו לחם ואם־צמא השקהו מים׃

Ad Rom. xii. 20. Ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· [f]

כו יא ככלב שב על־קאו׃

Petr. ii. ii. 22. Κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα· [g]

(a) *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.*
(b) *Fili mi noli negligere disciplinam Domini: neque fatigeris dum ab eo argueris.*
(c) *Quem diligit Dominus corripit.*
(d) *Quia charitas operit multitudinem peccatorum.*
(e) *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat.*
(f) *Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit, potum da illi.*
(g) *Canis reversus ad suum vomitum.*

מן ספר ישעיהו

א 9 לוּלֵי יְהוָה צְבָאוֹת הוֹתִיר לָנוּ שָׂרִיד כִּמְעָט כִּסְדֹם הָיִינוּ לַעֲמֹרָה דָּמִינוּ׃

Ad Rom. IX. 29. Ἐι μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν· (a)

ה 1 כֶּרֶם הָיָה לִידִידִי בְּקֶרֶן בֶּן־שָׁמֶן׃

Matth. XXI. 33. Ἄνθρωπος τις ἦν οἰκοδεσπότης, ὅςις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα· (b)

ו 3 קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה צְבָאוֹת׃

Apocal. IV. 8. Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ· (c)

ו 9 שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל תָּבִינוּ וּרְאוּ רָאוֹ וְאַל־תֵּדָעוּ׃

Mat. XIII. 14. Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μη ἴδητε· (d)

ז 14 הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיֹלֶדֶת בֵּן׃

Mat. I. 23. Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαςρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν· (e)

ח 18 הִנֵּה אָנֹכִי וְהַיְלָדִים אֲשֶׁר נָתַן־לִי יְהוָה׃

Ad Heb. II. 13. Ἰδοὺ, ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός· (f)

(a) *Nisi Dominus Sabahoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.*
(b) *Homo erat pater familias, qui plantavit vineam.*
(c) *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens.*
(d) *Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.*
(e) *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium.*
(f) *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus.*

י 22 כי אם־יהיה עמך ישראל כחול הים שאר ישוב בו׃

Ad Rom. IX. 27. Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται· (a)

יא 4 וברוח שפתיו ימית רשע׃

Ad Thessal. II. II. 8. Ὃν ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ· (b)

כא 9 נפלה נפלה בבל׃

Apocalip. XIV. 8. Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη· (c)

כב 13 אכול ושתו כי מחר נמות׃

Ad Corint. I. XV. 32. Φάγωμεν ϰ̓ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθανοῦμεν· (d)

כב 22 ונתתי מפתח בית־דוד על־שכמו׃

Apocalip. III. 7. Ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινὸς, ὁ ἔχων τὴν κλεῖν τοῦ Δαβίδ· (e)

כה 8 ומחה אדני יהוה דמעה מעל כל־פנים׃

Apocalip. VII. 17. Καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν· (f)

כח 11 כי בלעגי שפה ובלשון אחרת ידבר אל־העם הזה׃

Ad Corint. I. XIV. 21. Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις, ϰ̓ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ· (g)

כח 16 הנני יסד בציון אבן אבן בחן פנת׃

Ad Rom. IX. 33. Ἰδοὺ ἐγὼ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος· (h)

(a) *Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris, reliquiae salvae fient.*

(b) *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui.*

(c) *Cecidit, cecidit Babylon magna.*

(d) *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.*

(e) *Sanctus, & verus, qui habet clavem David.*

(f) *Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.*

(g) *Quoniam in aliis linguis, & labiis aliis loquar populo huic.*

(h) *Ecce ego pono in Sion lapidem offensionis.*

כט 13 הָעָם הַזֶּה בְּפִיו וּבִשְׂפָתָיו כִּבְּדוּנִי וְלִבּוֹ רִחַק מִמֶּנִּי׃

Matt. xv. 8. Ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ᾽ ἐμοῦ· (a)

כט 14 וְאָבְדָה חָכְמַת חֲכָמָיו וּבִינַת נְבֹנָיו תִּסְתַּתָּר׃

Ad Corint. I. I. 19. Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω· (b)

לג 18 אַיֵּה סֹפֵר אַיֵּה שֹׁקֵל אַיֵּה סֹפֵר אֶת־הַמִּגְדָּלִים׃

Ad Corinth. I. I. 20. Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; (c)

מ 3 קוֹל קוֹרֵא בַּמִּדְבָּר פַּנּוּ דֶּרֶךְ יְהוָה יַשְּׁרוּ בָּעֲרָבָה מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ׃

Mat. III. 3. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ· (d)

מ 6 כָּל־הַבָּשָׂר חָצִיר וְכָל־חַסְדּוֹ כְּצִיץ הַשָּׂדֶה׃

Petr. I. I. 24. Διότι πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα αὐτῆς ὡς ἄνθος χόρτου. (e)

מ 13 מִי־תִכֵּן אֶת־רוּחַ יְהוָה וְאִישׁ עֲצָתוֹ׃

Ad Rom. XI. 34. Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; (f)

מא 4 אֲנִי יְהוָה רִאשׁוֹן וְאֶת־אַחֲרֹנִים אֲנִי־הוּא׃

Apocalip. I. 17. Ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος, καὶ ὁ ἔσχατος· (g)

(a) *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.*

(b) *Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo.*

(c) *Ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor hujus saeculi?*

(d) *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.*

(e) *Quia omnis caro, ut foenum, & omnis gloria ejus tamquam flos foeni.*

(f) *Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?*

(g) *Ego sum primus, & novissimus.*

מב 1 הֵן עַבְדִּי אֶתְמָךְ־בּוֹ בְּחִירִי רָצְתָה נַפְשִׁי׃

Mat. XII. 18. Ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ἡρέτισα· ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· (a)

מג 19 הִנְנִי עֹשֶׂה חֲדָשָׁה׃

Apocal. XXI. 5. Ἰδοὺ καινὰ ποιῶ πάντα· (b)

מה 9 הֲיֹאמַר חֹמֶר לְיֹצְרוֹ מַה־תַּעֲשֶׂה וּפָעָלְךָ אֵין־יָדַיִם לוֹ׃

Ad Rom. IX. 20. Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως; (c)

מה 24 כִּי־לִי תִּכְרַע כָּל־בֶּרֶךְ׃

Ad Rom. XIV. 11. Ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ· (d)

מט 6 וּנְתַתִּיךָ לְאוֹר גּוֹיִם לִהְיוֹת יְשׁוּעָתִי עַד־קְצֵה הָאָרֶץ׃

Act. XIII. 47. Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς· (e)

מט 8 בְּעֵת רָצוֹן עֲנִיתִיךָ וּבְיוֹם יְשׁוּעָה עֲזַרְתִּיךָ׃

Ad Corint. II. VI. 2. Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρα σωτερίας ἐβοήθησά σοι· (f)

מט 10 לֹא יִרְעָבוּ וְלֹא יִצְמָאוּ וְלֹא־יַכֵּם שָׁרָב וָשָׁמֶשׁ׃

Apocalip. VII. 16. Οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν, οὐδ' οὐ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος· (g)

(a) *Ecce puer meus, quem elegi, in quo bene complacuit animae meae.*

(b) *Ecce nova facio omnia.*

(c) *Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic?*

(d) *Quoniam mihi flectetur omne genu.*

(e) *Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terrae.*

(f) *Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adiuvi te.*

(g) *Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus aestus.*

נ ו פני לא הסתרתי מכלמות ורק׃

Mat. XXVI. 67. Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· (a)

נב ז מה־נאוו על־ההרים רגלי מבשר משמיע שלום׃

Ad Rom. x. 15. Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην· (b)

נב יא סורו סורו צאו משם׃

Ad Corint. II. VI. 17. Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε· (c)

נב ה שמי מנאץ׃

Ad Rom. II. 24. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται· (d)

נב טו כי אשר לא־ספר להם ראו ואשר לא־שמעו התבוננו׃

Ad Rom. XV. 21. Οἷς οὐκ ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ ὄψονται· καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι, συνήσουσι· (e)

נג א מי האמין לשמעתנו׃

Ad Rom. x. 16. Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; (f)

נג ד אכן חליינו הוא נשא ומכאבינו סבלם׃

Mat. VIII. 17. Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν· (g)

(a) *Tunc expuerunt in faciem ejus.*

(b) *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem.*

(c) *Propter quod exite de medio eorum, & separamini.*

(d) *Nomen enim Dei per vos blasphematur.*

(e) *Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt, & qui non audierunt, intelligent.*

(f) *Domine quis credidit auditui nostro?*

(g) *Ipse infirmitates nostras accepit, & aegrotationes nostras portavit.*

נג ז כשה לטבח יובל וכרחל לפני גזזיה נאלמה:

Act. VIII. 32. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος· (a)

נג יב ואת־פשעים נמנה:

Marc. XV. 28. Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσται· (b)

נג ט על לא־חמס עשה ולא מרמה בפיו:

Pet. I. II. 22. Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· (c)

נג יב והוא חטא־רבים נשא:

Pet. I. II. 24. Ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ· (d)

נד א רני עקרה לא ילדה:

Ad Galat. IV. 27. Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα· (e)

נד יג וכל־בניך למודי יהוה:

Joan. VI. 45. Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ· (f)

נה א הוי כל־צמא לכו למים:

Apocalip. XXII. 17. Καὶ ὁ διψῶν ἐρχέσθω, ὁ θέλων λαβέτω ὕδωρ ζωῆς δωρεάν· (g)

נה ג ואכרתה לכם ברית עולם חסדי דוד הנאמנים:

Act. XIII. 34. Ὅτι δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά· (h)

(a) *Tamquam ovis ad occisionem ductus est : & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum.*

(b) *Et cum iniquis reputatus est.*

(c) *Quia peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.*

(d) *Quia peccata nostra ipse pertulit in corpore suo.*

(e) *Laetare sterilis, quae non paris.*

(f) *Et erunt omnes docibiles Dei.*

(g) *Et qui sitit veniat : & qui vult, accipiat aquam vitae gratis.*

(h) *Quia dabo vobis sancta David fidelia.*

נו ז כִּי בֵיתִי בֵּית־תְּפִלָּה יִקָּרֵא לְכָל־הָעַמִּים׃

Matt. xxi. 13. Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· (a)

נט ז ח שֹׁד וָשֶׁבֶר בִּמְסִלּוֹתָם׃ דֶּרֶךְ שָׁלוֹם לֹא יָדָעוּ׃

Ad Rom. iii. 16. 17. Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν· Καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν· (b)

נט יז וְכוֹבַע יְשׁוּעָה בְּרֹאשׁוֹ׃

Ad Ephes. vi. 17. Καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε. (c)

נט כ וּבָא לְצִיּוֹן גּוֹאֵל וּלְשָׁבֵי פֶשַׁע בְּיַעֲקֹב׃

Ad Rom. xi. 27. Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ· (d)

ס יא וּפִתְּחוּ שְׁעָרַיִךְ תָּמִיד יוֹמָם וָלַיְלָה לֹא יִסָּגֵרוּ׃

Apocal. xxi. 25. Καὶ οἱ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσιν ἡμέρας· (e)

ס יט לֹא־יִהְיֶה־לָּךְ עוֹד הַשֶּׁמֶשׁ לְאוֹר יוֹמָם וּלְנֹגַהּ הַיָּרֵחַ לֹא־יָאִיר לָךְ׃

Apocalip. xxi. 23. Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· (f)

סא א רוּחַ אֲדֹנָי יֱהֹוִה עָלָי׃

Luc. iv. 18. Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ· (g)

(a) *Domus mea domus orationis vocabitur.*

(b) *Contritio, & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt.*

(c) *Et galeam salutis assumite.*

(e) *Veniet ex Sion qui eripiat, & avertat impietatem a Jacob.*

(d) *Et portae ejus non claudentur per diem.*

(f) *Et civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea.*

(g) *Spiritus Domini super me.*

סב יא אִמְרוּ לְבַת צִיּוֹן הִנֵּה יִשְׁעֵךְ בָּא׃

Mat. XXI. 5. Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί· (a)

סד ד וּמֵעוֹלָם לֹא־שָׁמְעוּ לֹא הֶאֱזִינוּ עַיִן לֹא־רָאָתָה אֱלֹהִים זוּלָתְךָ יַעֲשֶׂה לִמְחַכֵּה־לוֹ׃

Ad Corint. I. II. 9. Ὃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· (b)

סה א נִמְצֵאתִי לְלֹא בִקְשֻׁנִי׃

Ad Rom. X. 20, Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· (c)

סה ב פֵּרַשְׂתִּי יָדַי כָּל־הַיּוֹם אֶל־עַם סוֹרֵר׃

Ad Rom. X. 21. Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα· (d)

סה יז הִנְנִי בוֹרֵא שָׁמַיִם חֲדָשִׁים וָאָרֶץ חֲדָשָׁה׃

Apocalip. XXI. 1. Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν, καὶ γῆν καινήν· (c)

סו א הַשָּׁמַיִם כִּסְאִי וְהָאָרֶץ הֲדֹם רַגְלָי׃

Act. VII. 49. Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· (f)

סו כד תוֹלַעְתָּם לֹא תָמוּת וְאִשָּׁם לֹא תִכְבֶּה׃

Marc. IX. 46. Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται· (g)

(a) *Dicite filiae Sion : Ecce Rex tuus venit .*

(b) *Quod oculus non vidit , nec auris audivit , nec in cor hominis ascendit , quae praeparavit Deus iis , qui diligunt illum .*

(c) *Inventus sum a non quaerentibus me .*

(d) *Tota die extendi manus meas ad populum non credentem .*

(e) *Et vidi Coelum novum , & terram novam .*

(f) *Coelum mihi sedes est : terra autem scabellum pedum meorum .*

(g) *Ubi vermis eorum non moritur , & ignis non extinguitur .*

מן ספר ירמיהו

ז 11 הַמְעָרַת פָּרִצִים הָיָה הַבַּיִת הַזֶּה׃

Mat. xxi. 13. Ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λη-
στῶν· (a)

ט 23 אַל־יִתְהַלֵּל חָכָם בְּחָכְמָתוֹ וְאַל־יִתְהַלֵּל הַגִּבּוֹר בִּגְבוּרָתוֹ אַל־יִתְהַלֵּל
עָשִׁיר בְּעָשְׁרוֹ׃

Ad Corint. i. i. 31. Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυρίῳ καυχάσθω· (b)

י 7 מִי לֹא יִרָאֲךָ מֶלֶךְ הַגּוֹיִם׃

Apocalip. xv. 4. Τίς ἐ μὴ φοβηθῇ σε, Κύριε· (c)

יז 10 אֲנִי יְהוָה חוֹקֵר לֵב בֹּחֵן כְּלָיוֹת׃

Apocal. ii. 23. Ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφρὺς, καὶ καρδίας· (d)

לא 15 קוֹל בְּרָמָה נִשְׁמָע נְהִי בְּכִי תַמְרוּרִים רָחֵל מְבַכָּה עַל־בָּנֶיהָ׃

Mat. ii. 18. Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκέσθη, θρῆνος καὶ κλαυθ-
μὸς, καὶ ὀδυρμὸς πολὺς, ῥαχὴλ κλαίεσα τὰ τέκνα
αὐτῆς· (e)

לא 1 אֶהְיֶה לֵאלֹהִים לְכֹל מִשְׁפְּחוֹת יִשְׂרָאֵל וְהֵמָּה יִהְיוּ־לִי לְעָם׃

Ad Corint. ii. vi. 16. Καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ
ἔσονται μοι λαός· (f)

(a) *Vos autem fecistis illam speluncam latronum.*
(b) *Qui gloriatur, in Domino glorietur.*
(c) *Quis non timebit te Domine?*
(d) *Ego sum scrutans renes, & corda.*
(e) *Vox in Rama audita est, ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos.*
(f) *Et ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.*

לא לא הנה ימים באים נאם־יהוה וכרתי את־בית ישראל ואת־בית יהודה ברית חדשה:

Ad Heb. VIII. 8. Ἰδὲ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰεδὰ διαθήκην καινήν· (a)

לא לג נתתי את־תורתי בקרבם ועל־לבם אכתבנה והייתי להם לאלהים והמה יהיו לי לעם:

Ad Heb. VIII. 10. Διδὲς νόμες με εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτές· καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι εἰς λαόν· (b)

מן ספר יחזקאל

ג א אכול את־המגלה הזאת:

Apocal. X. 9. Δός μοι τὸ βιβλιδάριον· καὶ λέγει μοι, λάβε, καὶ κατάφαγε αὐτό· (c)

לב ז שמש בענן אכסנו וירח לא־יאיר אורו:

Mat. XXIV. 29. Ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη ὁ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς· (d)

לו כ ויבוא אל־הגוים אשר־באו שם ויחללו את־שם קדשי:

Ad Rom. II. 24. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι· (e)

(a) *Ecce dies venient, dicit Dominus, & consumabo super domum Israel, & super domum Juda testamentum novum.*

(b) *Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.*

(c) *Ut daret mihi librum. Et dixit mihi. Accipe librum, & devora illum.*

(d) *Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.*

(e) *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.*

מן ספר דניאל

ט 26 וקצו בשטף ועד קץ מלחמה נחרצת שממות׃

Mat. xxIV. 15. Ὅταν οὖν ἴδητε τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸ ῥηθὲν διὰ Δανιὴλ τοῦ προφήτου· (a)

מן ספר הושע

א 10 והיה במקום אשר־יאמר להם לא־עמי אתם׃

Ad Rom. IX. 26. Καὶ ἔσται, ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐῤῥέθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς· (b)

ב 24 ואמרתי ללא־עמי עמי־אתה׃

Ad Rom. IX. 25. Καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου· (c)

ו 6 כי חסד חפצתי ולא־זבח׃

Mat. IX. 13. Ἔλεον θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· (d)

יוד 8 ואמרו להרים כסונו ולגבעות נפלו עלינו׃

Luc. XXIII. 30. Τότε ἄρξονται λέγειν τοῖς ὄρεσι, πέσετε ἐφ' ἡμᾶς· καὶ τοῖς βουνοῖς, καλύψατε ἡμᾶς· (e)

יא 1 ממצרים קראתי לבני׃

Mat. II. 15. Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου· (f)

יג 14 דבריך מות אהי׃

Ad Corint. xV. 54. Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος· (g)

(a) *Cum videritis abominationem desolationis, quae dicta est a Daniele propheta.*

(b) *Et erit in loco, ubi dictum est eis: Non plebs mea vos.*

(c) *Vocabo non plebem meam, plebem meam.*

(d) *Misericordiam volo, & non sacrificium.*

(e) *Tunc incipient dicere montibus cadite super nos: & collibus operite nos.*

(f) *Ex Aegypto vocavi filium meum.*

(g) *Absorta est mors in victoria.*

מן ספר יואל

ג א והיה אחרי־כן אשפוך את־רוחי על־כל־בשר ונבאו בניכם ובנותיכם:

Act. II. 17. Καὶ ἔσαι ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, (λέγει ὁ Θεὸς) ἐκχεῶ ἀπὸ τȣ̃ πνεύματός μȣ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· καὶ προφητεύσȣσιν ὄι υἱοὶ ὑμῶν, ϗ αἱ θυγατέρες ὑμῶν· (a)

ג ה והיה כל אשר־יקרא בשם יהוה ימלט:

Ad Rom. x. 13. Πᾶς γὰρ ὅς ἂν επικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίȣ, σωθήσεται· (b)

מן ספר עמוס

ה כה הזבחים ומנחה הגשתם־לי במדבר ארבעים שנה בית ישראל:

Act. VII. 42. Μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; (c)

ו א הוי השאננים:

Luc. VI. 24. Πλὴν ȣ̓αὶ ὑμῖν τοῖς πλȣσίοις· (d)

ט יא ביום ההוא אקים את־סכת דויד הנפלת:

Act. xV. 16. Μετὰ ταῦτα αναςρέψω, καὶ ανοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν· (e)

(a) *Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae.*

(b) *Omnis enim quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit.*

(c) *Numquid victimas, & hostias obtulisti mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?*

(d) *Verumtamen vae vobis divitibus.*

(e) *Post haec revertar, & reaedificabo tabernaculum David, quod decidit.*

מן ספר יונה

ב א וַיְהִי יוֹנָה בִּמְעֵי הַדָּג שְׁלשָׁה יָמִים וּשְׁלשָׁה לֵילוֹת׃

Mat. XII. 40. Ὥσπερ γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους τρεῖς ἡμέρας, καὶ τρεῖς νύκτας· (a)

ג ה וַיִּלְבְּשׁוּ שַׂקִּים מִגְּדוֹלָם וְעַד־קְטַנָּם׃

Mat. XII. 41. Ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· (b)

מן ספר מיכה

ה א וְאַתָּה בֵּית־לֶחֶם אֶפְרָתָה צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה מִמְּךָ לִי יֵצֵא
לִהְיוֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל וּמוֹצָאֹתָיו מִקֶּדֶם מִימֵי עוֹלָם׃

Mat. II. 6. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ· (c)

ז ו אֹיְבֵי אִישׁ אַנְשֵׁי בֵיתוֹ׃

Mat. X. 36. Καὶ ἐχθροὶ τοῦ ἀνθρώπου, οἱ οἰκιακοὶ αὐτοῦ· (d)

מן ספר חגי

ב ו עוֹד אַחַת מְעַט הִיא וַאֲנִי מַרְעִישׁ אֶת־הַשָּׁמַיִם וְאֶת־הָאָרֶץ וְאֶת־הַיָּם
וְאֶת־הֶחָרָבָה׃

Ad Heb. XII. 26. Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν, (e)

(a) *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.*

(b) *Quia poenitentiam egerunt in praedicatione Jonae.*

(c) *Et tu Bethelem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.*

(d) *Et inimici hominis, domestici ejus.*

(e) *Adhuc semel, & ego movebo non solum terram; sed & Coelum.*

מן ספר חבקוק

א ה רְאוּ בַגּוֹיִם וְהַבִּיטוּ וְהִתַּמְּהוּ תְּמָהוּ כִּי־פֹעַל פֹּעֵל בִּימֵיכֶם׃

Act. xiii. 41. Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ ἀφανίσθητε· ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν· (a)

ב ד וְצַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה׃

Ad Rom. i. 17. Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται· (b)

מן ספר נחום

ב א הִנֵּה עַל־הֶהָרִים רַגְלֵי מְבַשֵּׂר מַשְׁמִיעַ שָׁלוֹם׃

Ad Rom. x. 15. Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην· (c)

מן ספר זכריה

ח טז דַּבְּרוּ אֱמֶת אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ׃

Ad Ephes. iv. 25. Λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ· (d)

ט ט הִנֵּה מַלְכֵּךְ יָבוֹא לָךְ צַדִּיק וְנוֹשָׁע הוּא עָנִי וְרֹכֵב עַל־חֲמוֹר וְעַל־עַיִר בֶּן־אֲתֹנוֹת׃

Mat. xxi. 5. Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου· (e)

(a) *Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris.*

(b) *Justus autem ex fide vivit.*

(c) *Quem speciosi pedes evangelizantium pacem.*

(d) *Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo.*

(e) *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis.*

יא יב וישקלו את־שכרי שלשים כסף׃

Mat. XXVII. 9. Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια· (a)

יב י הביטו אלי את אשר־דקרו׃

Joan. XIX. 37. Ὄψονται εἰς ὅν ἐξεκέντησαν· (b)

יג ז הך את־הרעה ותפוצין הצאן׃

Matth. XVI. 31. Πατάξω τὸν ποιμένα, ϗ διασκορισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. (c)

מן ספר מלאכי

א ב ואהב את־יעקב׃ ואת־עשו שנאתי׃

Ad Rom. IX. 13. Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα. [d]

ג א הנני שלח מלאכי ופנה־דרך לפני׃

Matth. XI. 10. Ἰδὲ ἐγὼ ἀποςέλλω τὸν ἄγγελόν μυ πρὸ προσώπυ συ, ὅς κατασκευάσει τὴν ὁδὸν συ ἔμπροσθέν συ. (e)

ד ו והשיב לב־אבות על־בנים׃

Luc.I.17. Ἐπιςρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα· (f)

(a) *Et acceperunt triginta argenteos.*

(b) *Videbunt in quem transfixerunt.*

(c) *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.*

(d) *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.*

(e) *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, quia praeparabit viam tuam ante te.*

(f) *Ut convertat corda patrum in filios.*

§. XII.

De Versione Syriaca.

Inter versiones utriusque Testamenti apud Orientales; Syriacae primas deferre solent eruditi, quorum nonnulli hanc cum Chaldaica perperam confundunt. Syriaca lingua proxima quidem est Chaldaicae, imo & Hebraicae, cujus in origine spectata, fuit dialectus, non secus ac Arabica, & Aethiopica: sed a Chaldaica differre satis pandit Hieronymus, qui in illud Danielis II. v. 4. *Responderunt Chaldaei Regi Syriace*, ita scribit: Ab hoc loco usque ad visionem anni tertii Regis Baltassar, quam Daniel vidit in Susis, Hebraicis quidem litteris, sed lingua scribuntur Chaldaica, quam vocat hic *Syriacam*,,. Idem est evincere ex S. Basilio, qui in Hexamero homil. II. illud Genes. I. v. 2. *Spiritus Domini ferebatur super aquas*: asserit in Syriaca Versione sic legi: *Spiritus Domini fovebat aquas*; cum tamen habeat Chaldaica: *Spiritus Domini inflabat aquas*. Lingua itaque Syriaca, nonnisi latiori quadam significatione, pro Chaldaea accipi potest. Nam si proprie dicere velimus, distinguuntur characteribus, verborum conjugationibus, idiotismis, aliisque nominibus, uti docet Guido Fabricius Boderianus, Andreas Masius, & Buxtorphius in Grammatica Chaldaica, & Syriaca. Varias lingua haec sortita est nomenclaturas; dicitur enim Hierosolymitana a civitate Hierusalem, Comagena, & Anthiochena, propterea quod illinc in alias Syriae partes usus ejus fuerit propagatus. Appellata itidem est Maronitica, a Maronitis degentibus in pagis montis Libani, & in oppidis Syriae, quorum incolae sacra quaeque, & liturgica eadem hac lingua absolvunt. Advertendum heic est linguam Syram hodiernam, proprio charactere scribi, qui alius est tum a litteris Hebraicis, tum etiam a Samaritanis; postquam enim

enim Omar III. Calipha Syriam armis occupavit, magnam subiit mutationem, ut cum Richardo Simone in hist. crit. Veter. T. adnotat Eminentissimus Gotti Tom.II. *de veritate Relig. Christ. cap. III. num.* 19. Insuper, sic ipse prosequitur, Syra hodierna dividi etiam potest in plures dialectos, tum quoad pronunciationem, tum quoad phraseologiam. Nestoriani, qui Babylonem incolunt, aut qui per Indias sparsi sunt, qui Babylonico Patriarchae obsequuntur, libros suos cultiores, & elegantiores habent, quam Jacobitae, aut Maronitae: Quemadmodum enim Babylon sedes imperii erat, ita verosimile est ejus cives, prae remotioribus aliis in sui puritate veterem linguam conservasse, saltem scripto. E contra Jacobitae, ac Maronitae Antiocheno Patriarchae subjecti suos libros habent in Syro Antiocheno, quale Anthiocheni loquebantur. Advertit insuper praelaudatus Simon, summam Syrorum cum Ecclesia Graeca unionem, traxisse in eorum linguam plurima Graeca vocabula, maxime quoad sacra. Cum enim antiquis temporibus Graeca lingua toto Oriente fusa esset, & in ea primae Ecclesiasticae sanctiones conscriptae ab initio fuerint, necessum plane fuit, ut Syri Episcopi Graecam linguam didicerint, ut Ecclesiae Canones ex ipsis fontibus haurirent, & aliorum Graecorum scripta legerent, atque intelligerent. Etenim S. Ephraem, qui scripsit Syriace, videtur Graecam linguam calluisse, cum Graecorum aliquot, & praesertim Irenaei testimonia citet. Verum sive Syri Graecos auctores Graece legerint, sive jam Syriace redditos, negari non potest, Syros plerosque multa, quoad Religionem fuisse a Graecis mutuatos „. Ad versionem modo accedentes non hanc censemus illa pura lingua exaratam, quae in Assyria floruit ante Babylonicam captivitatem, non illa, quae post Omaris invasionem coepit invalescere, multoque minus hodierna, sed potius mixta ex Syra, Chaldaea, & Hebraea, ea nempe, quae Judaeis ab exilio dimissis facta erat ver-

nacula. Observandum tamen est duplici Syros, saltem occidentales, uti versione, quarum altera *antiqua*; & *simplex* dicitur, ac Vetus Testamentum ex hebraeo fonte translatum exhibet, Novumque ex Graeco; altera vero recentior e Graeco tantum idiomate expressa. Prima omnes post Christum elucubratas versiones antiquitate creditur superare, postrema ante millenos annos confecta a viris doctis judicatur: quod si probetur, argumentum inde peti poterit pro illius *antiquae*, & *simplicis* vetustate. Quonam vero isthaec definito tempore, quove auctore prodierit, inter inexplorata cogimur amandare: Neque enim fidem nostram Syris illis adjungimus, qui Veteris Testamenti libros quosdam, scilicet Pentateuchum, Josue, Judices, Job, Ruth, tempore Salomonis, ad preces Hirami Regis Tyri Syriace redditos volunt, neque aliis asserentibus V. T. libros reliquos, vel omnes sub Abgaro Edessae in Syria Rege, fuisse conversos. Illis quoque renuit animus acquiescere, qui auctorem Novi Testamenti Syriaci existimant Apostolicum. Priorum saeculorum Ecclesiae Patres, Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius, aliique in Syria, & Aegypto Episcopi, qui de sacris Scripturis egerunt, illius *antiquae*, & *simplicis* versionis nullatenus meminere. Fatemur tamen innotuisse Basilio, Chrysostomo, Theodorito, Ambrosio, Augustino, ut ait Cardinalis Gotti loco nuper relato, insuper adjiciens Versionem Syriacam Novi Testamenti priorum saeculorum Patribus esse posteriorem, & quo auctore, quo tempore fuerit adornata, certe sciri non posse; sicut nec an versio Syriaca, quam hodie in Polyglottis habemus, eadem sit ac illa, quae primo edita fuit, & in antiqua Ecclesia recepta ,,. De ejus auctoritate non est quod multis agere debeamus; jam enim liquet inconcussae certitudinis fructum ex ea percipi non posse, esto ad dilucidationem Hebraei Textus, ad confirmandam Vulgatam, novissimosque haereticos arguendos, magnam afferre queat utilita-

litatem. Caeterum praetermittendum non est in illa, praeter alios naevos, plures Novi Testamenti pericopas desiderari, imo & binas Johannis Epistolas, *secundam* ac *tertiam*, Petri *secundam*, Judae *unicam*, atque *Apocalypsim*. Addere quoque liceat, quod Saracenorum armis Oriente subacto, Arabum lingua usu ibi coepit venire, atque temporis tractu dominari. Syri proinde Arabicis versionibus operam dedere, & alteram ex *antiqua*, & *simplici* Syriaca, alteram ex Septuaginta virali Arabice concinnarunt. Nedum Christiani id praestitere; verum etiam Judaei, & Samaritani in Arabicis versionibus conficiendis insudarunt. Rabbi Sadias circa annum reparatae salutis nongentesimum Arabice Pentateuchum interpretatus est, retento hebraico charactere. Apud Christianos duplex Arabica versio obtinuit, & quorumdam librorum, plures Arabicis tantum elementis fuerunt exaratae, ex Versione LXX. fortasse descriptae. Ubertim de his agit Proleg. XIV. Waltonus. Denique & si adjumento non modico esse queant ad Arabicae linguae intelligentiam, multarumque Hebraicarum radicum inventionem, est enim, ut diximus, Arabica lingua Hebraicae dialectus, exiguae sunt auctoritatis, tum quia non multum veteres, tum etiam quod plerumque non sint πρὸς ἀκρίβειαν elaboratae.

§. XIII,

De Versione Coptitarum.

Thebaicam Versionem etiam atque etiam spectandae antiquitati adscribere conatus est summus ille noster omnigena eruditione vir Augustinus Antonius Georgi in opere inscripto: *Fragmentum S. Johannis Graeco-Copto Thebaicum &c.* §. XX. *Praef.* pag. CLII. & sequent., ubi haec habet. Ut divinorum omnium librorum, ita & sanctorum cum maxime Evangeliorum versionem Saec. II. vel certe III. ad publicum Thebaeorum commodum, &

 in-

institutionem adornatam, jure meritoque censemus. Novimus ex Histor. Ecclesiast. Eusebii lib. VI. cap. 1., & alibi, *quam illustria per omnes ubique locorum Ecclesias ab athletis pro pietate certantibus confecta fuerint martyria*, toto illo dirae persecutionis tempore, quod, Tillemontio contra Dodvvellum observante, ab anno 202. ad 212. usque sub Severo Imper. effluxit. *Ea tamen* μάλιστα δ' ἐπλήθυν ἐπ' Ἀλεξανδρείας· τῶν Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος ἀθλητῶν· *Maxime Alexandriae percrebuerunt, cum ex universa Aegypto, & THEBAIDE lectissimi pugiles tamquam ad amplissimum Dei stadium deducerentur, ut cujusque modi tormenta, mortesque invicto animo perpessi, immortales a Deo coronas acciperent*. Quod si ex *Thebaide* perinde atque ex universa Aegypto insigniores Fidei pugiles Alexandriam, veluti in certaminis campum, ad supplicia, & mortem pro Christo subeundam ex Severi edicto an. 202. & seqq., attrahebantur, satis profecto magnus fuisse oportuit christianorum numerus, qui saeculo desinente secundo in Thebaide versabatur. At is non potuit non augeri circa III. saeculi medium in persecutione Decii, ut multo demum auctior, & frequentior sub Diocletiano, & Maximiano evasit. Quod cum aliunde, tum vero maxime ex lib. VIII. Hist. E. ejusdem Eusebii cap. 9. perspicuum est. *Omnem dicendi copiam* (inquit idem ipse) *superant cruciatus illi, ac dolores, quos* κατὰ Θηβαΐδα *apud Thebaidem, Martyres pertulerunt... Atque haec omnia non paucis diebus, nec exiguo temporis spatio, sed prolixo aliquot annorum curriculo continuo perpetrata sunt: cum nunc deni, interdum viceni, & amplius, nonnunquam ad triginta usque, & sexaginta: quandoque & centeni viri simul, ac mulieres cum parvulis uno die interficerentur...* NOS QUOQUE cum ἐπὶ τῶν τόπων γενόμενοι IN ILLIS PARTIBUS DEGEREMUS, *quamplurimos acervatim*, κατὰ μίαν ἡμέραν *uno die, alios quidem capite truncatos, alios vero flammis traditos vidimus: adeo ut gladii ipsi hebetarentur,*

&

& caedere amplius non valentes frangerentur ; ipsique carnifices viribus fatiscentes sibi invicem succederent . Quo quidem tempore mirabilem in primis animi ardorem , vereque divinam virtutem , & alacritatem eorum , qui in CHRISTUM DEI *crediderant , oculis nostris conspeximus . Etenim vix dum in primos lata erat sententia , cum alii aliunde ad tribunal judicis prosilierunt , Christianos esse confessi ... cum gaudio , & hilaritate , ridentes capitalem sententiam excipiebant : adeo ut in laudem conditoris omnium Dei psalmos , hymnosque , & gratiarum actiones ad extremum usque spiritum concinerent* . Jam vero qui fieri potuit , ut tantus Christianorum numerus ex omnibus Thebaeorum ordinibus conflatus , aut in Fidei , & Religionis nostrae mysteriis institui , aut divinos Psalmos edoceri , aut tam ardenti erga Christum caritate inflammari , & martyrii desiderio succendi contigerit , nisi Scripturae sanctae libris , qui promiscuo fidelium omnium coetui cogniti , eorum captui accomodati essent ? Erant hi igitur *secundo* , ac *tertio* Ecclesiae saeculo *Thebaica versione* donati . Graecae enim linguae usus Alexandriae , & in plerisque inferioris Aegypti civitatibus familiaris erat , in Thebaide aut nullus erat , aut admodum exiguus , ac pene exoticus . Fit ita, ut si , quae Eusebius de Thebaidensis Ecclesiae populis narrat , intelligere volumus , ponere cogamur divinorum librorum , ac praesertim SS. Evangeliorum versionem tantae antiquitatis fuisse , ut jamdiu ante ipsius Eusebii tempora , imo ut *secundo* , *tertiove* Ecclesiae saeculo , vernaculo sermone condita , & evulgata in Thebaide fuerit . Et sane sub ipsa pene initia saec. IV. Thebaica Scripturarum versio jam vulgaris erat , & fidelium omnium manibus ferebatur . Nam an. 313., quo primum tempore S. *Pachomius* ad sanctum senem anachoretam *Palaemonem* , non longe a Panopoli urbe apud Bollandianos accessisse traditur , ea notissima erat , & toti Thebaidi communis . Ex ea Palaemon docuit discipulum , & socium Pachomium

mium Psalmos, & alios tum Vet., tum novi Testamenti libros legere, & memoria recolere; quos certe in Thebaicam linguam saeculo III. translatos, & publica Ecclesiae auctoritate comprobatos, Palaemon ipse invenerat, secumque in ἀναχωρήσεως suae cellulam attulerat. Hanc ipsam versionem magnus deinde Pachomius suis omnibus in Tabennensium monachorum congregatione retinendam obtulit. Unam enim ille Thebaicam linguam noverat, quemadmodum & alii fere omnes, praeter paucos quosdam Graecos; qui tamen ipsam quoque discere non negligebant. Atque haec quidem, quae pluribus in locis vitae S. Pachomii satis aperte traduntur, Tillemontium, ita credo, induxerunt, ut scriberet tom. VIII. M. H. Eccles. pag. 101. *Les moines de Tabenne ... avoient des livres dont les Prevosts avoient la garde ... ces livres sans doute estoient particulierement ceux de l'ecriture ...* ILS LA LISOIENT INDUBITABLEMENT TRADUITE EN EGYPTIEN, in Thebaicam nempe *secundum* Aegyptiorum dialectum conversam, *car la pluspart d' entre eux ne savoient pas d' autre langue*. Hanc Scripturae sanctae versionem S. Pachomius a sene Palaemone, Palaemon vero ab aliis procul dubio saec. III. acceperat. Et quoniam haec versio non multiplex, sed unica semper fuisse ex ipsis fragmentis nostris detegitur, jure creditur, eam saec. saltem secundo, fuisse communi studio, a primis Evangelii propagatoribus in Thebaide adornatam, & sacra Alexandrini Pontificis auctoritate firmatam „. Hactenus sapientissimus Augustinus Antonius Georgi, cujus, sicuti plurimi facimus auctoritatem, ita sententiam de vetustate Thebaicae versionis imis praecordiis amplecteremur, nisi plura, quominus pro hac decertemus ἀυτοπαθῶς, vim nobis facere sentiremus. In primis illud sese offert, quod quisquis ex Apostolis, & Evangelistis ad scribendum mentem appulit, id praestitit, prout fuit data occasio, ac se a Spiritu Sancto impulsum credidit, & propterea librorum sacrorum alios,

esse aliis tempore posteriores; quodque nonnisi progressu temporis factum sit, ut singuli ex loco, ubi fuerant exarati, ad alias Ecclesias pervenirent, atque reciperentur. Vel ipso Augustini tempore; ut diximus, ubi de libris Canonicis, sacri erant libri a peculiaribus quibusdam Catholicorum Ecclesiis non recepti. Hieronymus ad Dardanum scribens, & de Epistola ad Hebraeos sermonem instituens tradit libros sacros, non tam ab auctoribus eorum, quam ab judicio Ecclesiarum, earumque consuetudine auctoritatem habuisse. De laudata enim Epistola scribit: nihil interesse, cujus sit, cum Ecclesiastici viri sit, & quotidie Ecclesiarum lectione celebretur „. Veremur hinc, ne tantum vetustatis Thebaicae versioni sit concedendum, *ut saeculo saltem secundo adornata* vindicetur. Fuit quidem in Thebaide, teste Eusebio, ut ante, ita & eo florente martyrum numerus frequentissimus. Sed aurea illa erant tempora, quibus potissimum impletum est, quod Deus promiserat ore Jeremiae cap. XXXI. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam*. Caelestis annunciatio doctrinae, divinaque Reparatoris gratia fidem, & caritatem in Christo credentium mirabiliter fovebat, quin fortasse opus esset *divinorum librorum, SS. Evangeliorum cummaxime*, Thebaica versione. Observat Chrysostomus homilia prima in Matth. potuisse Ecclesiam absque Dei verbo scripto subsistere, si omnes Christiani in caritate, & veritate stetissent. S. Irenaeus affirmavit Ecclesiam florere apud barbaras gentes, quae ejus aetate, nondum litteras didicerant, teste Bernardo Lamy in App. Bib. lib. II. cap. 4. Quid? nonne martyres, *ridentes capitalem sententiam excipiebant, adeo ut in laudem conditoris omnium Dei psalmos, hymnosque, & gratiarum actiones ad extremum usque spiritum concinerent*? Ita quidem: verum queis psalmis, & hymnis? Davidicis? Hoc non addit Eusebius: neque, si adderet, consequens fieret Thebaicam jam tum extitisse Psalmorum omnium, aliorumque di-

divinorum voluminum, & praesertim Evangeliorum versionem. Admittimus Palaemonem an. 313. habuisse auditorem Pachomium, psalmosque, & alios tum Veteris, tum Novi Testamenti libros hunc ab illo legere didicisse, & memoria recolere: verum inde colligi saec. II. & III. jam fuisse Thebaico idiomate redditos, plane non assequimur. Illud quoque nutare nobis videtur, quod Palaemon scripta Pachomio tradita saec. IV., an. nimirum 313. ab aliis saec. III. dubio procul acceperit. De asserta igitur a viro praeclarissimo Thebaicae versionis antiquitate, nobis liceat haesitare. Verosimilius opinamur Aegyptiorum, seu Coptitarum (qui sic appellati sunt ab urbe Copta, Thebaidis metropoli, qua de meminerunt Strabo lib. XVI. & XVII. & Plutarchus) Versionem primo saeculo incoeptam, per intercisa tempora fuisse auctam, & adolescente quarto Ecclesiae saec., circa tempus videlicet Concilii Nicaeni I. absolutam. Qua in re saltem ex parte eruditissimo φιλαρχαίῳ Kircherio subscribimus: Dum vero ita datur opinari, & zelo Alexandrinorum Patriarcharum, quod aequum est, tribuimus, & prae jactae consuetudini peculiarium Ecclesiarum in sacris recipiendis libris nihil detrahimus. Volupe heic est τῶν νεανιῶν χάριν una cum doctissimo Georgio nostro in lingua Aegyptiaca paullulum immorari. Temere profecto de illa remotissima diceremus, quae tunc floruit, cum Joseph Aegyptum ingressus *linguam, quam non noverat, audivit*. Siquidem nec Plutarchus, nec Herodotus, ut cum Georgio in *Praef. ad Fragm. S. Johannis* pag. XLV. tenemus, Aegyptiorum norant elementa. De ea aetate loquimur, qua Aegyptii a Patrum eorum lingua desciscentes, Grajios adoptarunt characteres. Id porro Bonjurius noster, de Copticis litteris optime meritus, figit in Alexandri magni imperio: Montfauconius repetit a Ptolomaeis. Georgius §. VI. citatae Praef. p.43. sic habet: Regnante Psamnitico magnam variationem Aegyptiacam linguam subire coepisse, eruditi fere omnes

nes

nes consentiunt. Nam formae ipsae litterarum, quibus usi sunt olim, hodieque etiam utuntur Coptitae, vel non ita diu post e vivis erepto Psamnitico, Graecis Jonibus, & Caribus feruntur acceptae. Unde La-Crozius ad Sigefridum Bayerum tom. III. Thes. Epistol. pag. 22. *Coptorum litteras nemo sanus* (priscas) *Aegyptiacas esse censebit, sero, ut puto & post Psamneticum a Graecis colonis acceptas*. Hi enim primum contra mare paullo supra Bubastin ad ostium *Nili* Pelusiacum, domibus, & praediis a Psamnetico circa utramque fluminis ripam donati, sibi invicem e regione, fluvio ipso medio, spectantes habitarunt: iisque Rex Aegyptios pueros Graeca lingua imbuendos commisit. Inde coepit commercium Aegyptiorum cum Graecis; quod magis invaluisse oportuit sub *Amasi*, quo tempore a prioribus sedibus ad urbem Memphim Graji Coloni translati sunt, teste Herodoto lib. II. cap. 154. Sed quoniam priscae Aegyptiorum litterae multo majori numero fuisse putantur, quam Graecae, uti Thomas Edvvardus ad Picquesium scripsit, admodum credibile fit, uti suadentibus hermeneutis, *interpretibus* nempe contribulibus, atque cognatis, ductique praesertim facilioris scripturae, & commercii commodo, Graecorum litteras, eorumque *alphabetum* progressu temporis adoptarint „. Triplici, ut postmodum conficiemus, Aegyptios dialecto usos fuisse, Arabici scriptores, immo & nonnulli Grammatici Copto Arabes tradiderunt. Unam, & alteram novissimis hisce temporibus Angli, Galli, Germani, Itali eruditi calluerunt. De tertia assequenda omnes [Georgium excipe] desperarunt: En quomodo Ludovicus Picquesius hacce de re scripserit ad Mailletum Consulem Francicum *Cairi* : *Ils ont* [Aegyptii] *trois dialectes, le Bahiri, qui est celle, qu' on dit ordinairement : le* Saydi, *qui est le* Thebaique, *et dont on voit quelque peu des fragments. Mais pour la dernier, qui est* Bashmuri, *je vous avoue, que je ne le sçaurois deviner*. Rursus Picquesius cum amicorum

P usus

usus esset opera, ut de tertia dialecto erudiretur, voluit intercessore Alixio, Huntingtonum, qui in Aegypto fuerat, consulere. Is vero Alixii votis sese praestans rescripsit. *Nunc etiam respondere liceat ejusdem D. Picques quaestioni de tribus Aegypti dialectis*, Jam pridem per te transmissae, uti ex mss. Regis pag. 153. ipse citat. *Prima igitur est lingua Aegyptiaca, seu Coptica proprie sic dicta a Coptis solum, & praecipue in Thebaide, seu superiori Aegypto, quam* Said *Arabes vocant, usurpata*. II. *dialectus est Graeca lingua, qua utebantur Alexandrini, maritimique accolae, & Aegyptus inferior, seu septemtrionalis*. III. *dialectus est Aethiopica inter cataractas, & ad ipsam usque Nili originem in usu. Priores norunt Arabes: hanc tertiam prorsus ignorarunt*. Quae vero Europaeos omnes scriptores ad haec usque tempora latuit tertia Aegyptiorum dialectus, amplissimam Georgii mentem, assiduosque ejus labores improbos non fugit. Praestantissimus Moecenas, augendisque rebus Ecclesiae addictissimus S. R. E. Stephanus Cardinalis Borgia, qui proprio Museo Veliterno tamquam litterarum cymeliarchio, assidue utitur, & fruitur, inter alia bene multa Aegyptiaca fragmenta, illud de *Epist. ad Corinth.* cap. IX. a versu 9. usque ad sextumdecimum Georgio nostro interpretandum, illustrandumque concredidit. Hocce porro σπουδαιότατος Georgius cum eodem Textu Memphiticae dialecti juxta Wilhinsium, & alio ejusdem Textus fragmento Theb.dialect.tantopere contulit, ut festivum illud εὑρήκαμεν non *Isiaco*, sed christiano more, de nondum cognita tertia Aegyptiaca dialecto, se jure posse ingeminare, minime dubitaverit. Sed nostra jam fides de hac triplici dialecto obiter est liberanda. Quaeque dialectus iisdem vulgo *majusculis* viginti quatuor Graecis elementis utitur, forma paullulum immutata, sexque alia linguae Aegyptiacae propria adsciscit, nimirum, ϣ, ϥ, ϫ, ϩ, ϭ, ϯ; adeo ut triginta adsignentur Aegyptii alphabeti elementa. Qua in re cum quaedam nos torqueant circa Georgii sententiam dubie-

tates, utinam eum audire datum fuisset, & erudiri. Animadvertens is praef. supra laudatae pag. XLVII. Montfauconium, Didimum Taurinensem, Mingarellium, aliosque eruditos in ordine, ac litteris Aegyptii alphabeti inter se discrepare, istud penu suo & ipse exhibuit, addiditque ex Bonjurio alterum. Constat primum litteris vigintiquinque, & includit litteram ϥ [ejusdem potestatis juxta Georgium, & Nicolaum Schow ac ϕ] caretque ἐπισήμοις βαῦ, & χόππα, notis scilicet arithmeticis, de quibus infra. Institit Georgius, dum haec posuit exaratis pag. XLV., ubi cum Plutarcho lib. *de Iside*, & *Osiride* in numero quinario quadrato [quinquies repetito] agnoscit numerum litterarum Aegyptiarum XXV., quod & pag. XLVI. nititur conficere ex littera ϥ, adeo in ejus sententia Aegyptiorum propria, ut in pluribus efformandis vocalibus vim genuinae radicalis obtineat. Nihilo tamen minus probabilius nobis videtur Graeco-Aegyptium Alphabetum, praeter supra notatas sex litteras ϣ, ϭ &c. vigintiquatuor tantum litteris comprehendi. Plutarchus utique cum Aegyptiorum Philosopho Cherronensi numerum earum vigesimum quintum agnovit: sed ἐπισήμον χόππα exprimens numerum nonagenarium, nempe ϥ vel in gratiam sacri apud Aegyptios numeri XXV., tum ob eorum cyclum totidem annis computatum, tum ratione annorum, quos Sacerdotes vitae *Apidis* tribuebant, inter litteras collocavit; vel etiam eo quod esset, cum significatione eadem, dimidia pars litterae ϕ. Et sane Georgio fatente pag. Praef. XLVI. Aegyptiaca ϥ permutatur cum ϕ. Frustra igitur, jam adoptata in Alphabeto littera ϕ, hanc ipsam geminassent. Liceat igitur opinari Graeco-Aegyptios, ἐπισήμον κοππα ϥ ab initio, ceu notam arithmeticam usurpasse. Idem & e contrario evenisse apud hos autumamus circa numeralem notam ϥ, ac apud Graecos circa ἐπισήμον βαῦ, nempe notam numeri senarii, videlicet ϛ. Haec, omnibus fatentibus, inter alphabetica elementa non recensetur:

setur: verum cum paullulum producitur desuper, ac orizontaliter ut sit ϛ, aequivalet binis elementis, scilicet σ, & τ. A pari, & e converso ϥ Graeco Aegyptiis simplex ab initio fuit indicium numeri nonagenarii: Sed cum ejus forma sit dimidium litterae ф, quod intuenti facile patet, eam subinde loco integri ф cum eadem potestate usu receperunt. Notam ϥ a Coptis adhibitam pro Ϙ, *κόππα* nimirum Graecorum, nemo ambigit: idem valere ac ф detexit paucis aa hinc annis ex *Aegyptiaca papyro* Musei Borgiani Nicolaus Schow, & utraque urna amplectitur Georgius: Denique ϥ esse dimidium ф quis renuat? Stare itaque hanc animadversionem merito arbitramur, & Graeco-Aegyptiaca litterarum elementa, numerum trigesimum non excedere. Ab hacce opinione alienus visus non est ipsemet Georgius, cum pag. *Praefat.* XLVII. scripsit: Si quis autem sit, qui velit multo ante Plutarchum, alphabetum Graecum cum duobus ἐπισήμοις, sive cum duabus notis arithmeticis ϛ & ϥ, βαῦ, & κόππα a Copticis admissum, huic ego non refragabor „. Quae vero subdit Georgius ducta ab exemplo Atheniensium, qui Jonicum alphabetum, observante Henrico Valesio, & adprobante Bouhierio in diss. *de priscis Gr. & Lat. litt.* ad calcem *Palaeog. Montfaucon.* privatorum studiis permittebant, non vero in publicum usum, nisi sero, & Archonte Euclide an. 17. Olymp. XXV., ea inquam, sat nobis obfirmare non videntur notam ϥ ceu ἐπισήμον apud Coptitas ab initio alphabeticae Graecae receptionis non obtinuisse. Ast dubio procul veterem immortalis Georgius exuit sententiam in recentissimo opere *De Miraculis S. Coluthi & reliquiis* &c. ubi *Praefat.* pag. CCXXI. censorem, qui semel, iterumque παρὰ καιρὸν cum lacessiverat, πυκρῶς alloquens inquit: Sed tua illa *probabilior* sententia de littera ϩ deficiente in prisca Aegyptiorum lingua, certus est divinationis tuae error. Quot enim litteras habebant Graeci, eas & Aegyptii antequam eorum alphabetum admitterent,
nu-

numerabant: Et quoniam ad indigenas voces exprimendas satis Graecae non erant, *sex* iis proprias addiderunt, & numerum omnium litterarum a XXIV. ad XXX. usque provehere decreverunt. Parum deinde te callere significas grammaticae legem de mutua commutatione, vel etiam de supplemento consonantium ejusdem organi. Si deinde Aegyptiis defecisset littera ⲃ, certe non eis deerant ⲡ, ⲫ; & ϥ. „ Teneamus igitur ϥ apud Graeco-Aegyptios primitus nonagenarium numerum indicasse, ac postea loco ⲫ obtinuisse. Par de Graecanica numeri senarii nota judicium ferimus. Memphithae fortasse omnium primi illam adoptarunt sub hacce forma ⲋ cum eadem numerali significatione, atque itidem litterali, adeo ut ad Graecorum imitationem per ⲋ bina elementa Σ, & Τ, seu ⲥ, & ⲧ aliquando efferrent. Re quidem vera, Boniurio teste in Gram. ms., quod a Graecis dicitur ϛαυρὸς *Crux*, Aegyptii scribunt ⲋⲁⲩⲣⲟⲥ, vel ⲥⲧⲁⲩⲣⲟⲥ. Plura lectu perdigna sunt apud Georgium de nomine, valore, ac varia forma Aegyptiacae numeralis ⲋ §. VIII., ubi etiam disserit de nota τοῦ ἐπισήμου κόππα. Sed neque ab hoc Aegyptiarum litterarum celeberrimo cultore, neque ab aliis commemoratum novimus, ceu ab Aegyptiis aliqua sub forma usitatum Graecorum ἐπισήμον σαμπι, quo nongentesimum numerum hoc modo ϡ exprimunt. Interim cum exploratissimum sit Aegyptios a Graecis mutuatos fuisse notam numeralem ⲋ, quae ad classem pertinet unitatum, itidemque notam alteram ϥ ad classem decadum spectantem, cur non conjiciamus illos quoque admisisse aliqua sub forma notam σάμπι, quae numerum significans nongentesimum, classem centenariorum comprehendat? Hinc, ut ἐλευθερίως dicamus, in suspicionem venimus Aegyptiacum σάμπι notam esse hujusce fortae figurae ϡ, quam ex Bonjurio ponit Georgius §. mox citato pag. LII., tamquam novam speciem notae, senarium numerum exhibentis, doctorum judicio interim relinquens, eadem ne fuerit, quam ex

ex Codd. quadrati, rotundique characteris, indicarunt Marchosii haeretici, sic dicti a quodam Marco Valentinianorum assecla, qui Aeonum fabulas in επισήμο ς latitare crassioris minervae hominibus, venditabat. Ita porro clarissimus Georgius: Heic nova quaedam senar. nume. nota, speciesque ex Aegyptiaco alphab. Bonjurii mihi spectanda offertur, quae veluti composita ex nexu duarum ⲥ, & ⲧ videri possit &c.„. Nobis vero figuram illam inspicientibus visum est, loco nexus ⲥ, & ⲧ, potius ⲥ, & ⲡ in ea deprehendere, ita tamen, ut crus ⲡ respectu intuentis sinistrum, paullulum tortuosum sit, & decurtatum, ac ⲥ gestet appensum. Sicut enim Graecum ϡ componitur ex *sigmate* inverso, introrsum habente crura inaequalia litterae π, ita Aegyptia nota ⲁ ad imitationem aliquam Graeci σαμπι ex litteris ⲥ, & ⲡ videtur composita, ut ⲥⲁⲙⲡⲓ Aegyptium Graeco simile indigitet. Quid? Ergone adversus domesticos Scriptores, eosque πολυμαθήσατυς, intemperanter, audacesque insurgimus? Absit. Praeterquam vero quod studium partium seponere debet φιλαλήθης, a dubiis cujuscumque placitis abstinere, propriumque animi sensum exponere quid vetat? Ita mente, & animo comparati, de trina apud eruditissimum Georgium linguae Aegyptiacae dialecto, rursus sequenti paragrapho agemus.

§. XIV.

De Coptitarum dialectis.

Memphiticam dialectum caeteris antiquiorem, aliorumque matrem esse habendam, adversus Jablonskium praeferentem Thebaicam, contendit Georgius §.II. *Praef.* ad *Fragm. S. Johan.* pag. XXV. & seqq. In primis ex Herodoto lib. II. cap. 134. observat hujus scriptoris tempore *hominem* fuisse appellatum ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ sub Memphitica desinentia in ⲓ, non vero ⲡⲣⲱⲙⲉ, aut ⲡⲓⲣⲱⲙⲉ cum de-

desinentia Thebaica in ⲉ. Postmodum quamplura exhibet ejusmodi exempla a nominibus Aegyptiorum numinum petita, quorum aliqua, ait, licet per *apocopem* non habeant terminationem in ⲓ, tamen ea terminatio *index fere semper est dialecti communis, atque Memphiticae.* Sententiam deinde firmat cum ex Herodoto, tum ex Diodoro aliisque priscis scriptoribus, apud quos nullum Thebaicae dialecti invenit vestigium, dum Memphiticam in universa Aegypto, sive τῇ ἄνω, sive τῃ κάτω deprehendit. Ex clar. Boldettio tom. II. *De Cimiterj* vocabulum memphiticae originis laudat, nimirum ϯⲟⲩⲑⲉⲱⲥ, nomen magni vici in magna Heraclea apud Aegyptum, nomenque istud memphiticum esse evincit vel ex ipso articulo ϯ apud Thebaeos inusitato. Sibi viriliter constans Georgius appellat ad alia nomina in Arsinoensi Papyro Musei Borgiani memphitice exarata. Diluere tandem aggreditur, quod objici posset ex Manethone, pro majori Thebaicae dialecti supra memphiticam vetustate, & cum doctissimo Didimo Taurinensi concludit Memphiticam dialectum, matrem esse Thebaicae, tum quod illa sit ista longe uberior, tum etiam quod Thebaica leniter aspiratis litteris gaudeat; Memphitica vero econtra; indicium juxta Georgium non leve, majoris in Memphitica, quam in Thebaica dialecto, cum lingua Pharaonis affinitatis. Ad haec: Sapientissimum, ϰ̀ εὐσεβέϛατον Abbatem Mingarellium (quem etiam atque etiam colere, dum Bononiense Collegium regeremus, vere fuit in deliciis) τα πρωτεῖα νέμειν alterutri dialecto renuentem, ex ejus ipsis in Naniano fragmento eruditissimis observationibus, satagit ad propriam sententiam advocare. Plurimi sane in hacce stabilienda Georgianos conatus facimus, ejusque eruditionis pelagum vel maxime admiramur. Scitanti vero, an memphiticam dialectum, ceu antiquiorem, aliarumque apud Aegyptios matrem agnoscamus, in confesso foret nos adhuc judicium cohibere: Illud ex Herodoto lib. II. cap. 154. tenemus, Graecas litte-

litteras gradatim incolis Aegypti innotuisse. Psammeticus Rex, vel Psammis Aegyptiorum pueros Graecis imbuendos concredidit. Sic imbuti Aegyptii progressu temporis filios eorum, quam dedicerant linguam, docuerunt: Ita coepit haec in Aegypto invalescere. Amasi II. regnante Graji coloni ad urbem Memphim translati sunt. ut loco citato Herodotus refert. Sub Ptolommaeorum imperio, quod historici ad annos biscentum, & ultra protrahunt, multoque magis sub Alexandro I. II. III. in tota inferiori Aegypto, ac praesertim Alexandriae, Graecae litterae floruerunt. Quonam definito tempore Graeco-Aegyptiaca lingua fuerit adoptata, sive a Memphitis, sive Thebanis, nonnisi divinando statueretur: Thebaicam vero dialectum Memphitica esse juniorem sat validis non videtur niti fundamentis. Illam, habet Georgius §. III. pag. XXVI., etsi antiquissimam appellare non dubitem, diu tamen post Herodoti aetatem inter indigenas supremae Thebaidis serius natam, sensimque propagatam conjicio, donec in Superiori Aegypto popularis evasit. Nec aliter certe de hujus nostrae, quam de Jonicae, Doricae, Aeolicae, & Atticae dialectorum origine sentiendum opinor. Quae res post ea, quae de Memphitica mox attulimus, tam perspicue, & extra omnem dubitationis aleam posita visa nobis est, ut fusiori demonstratione non egeat. Nam si Thebaei ipsi usi sunt Memphitica, non vero Thebaica dialecto, necessario consequitur, ut & illa prior esse debuerit, ista veso posterior, atque secunda „. Ita quidem, si pro certo haberi posset Thebaeos Codicum auctores, quos prae manibus habuit, utramque dialectum non calluisse: id vero quis divinaverit? Missis interim aliis animadversionibus, illud quam lubentissime a tanto Magistro percontaremur, an ex figuris, seu ut Graeci vocant, passionibus dictionum, sufficiens reddi posset ratio diversae terminationis in exemplis longe abs se lateque digestis, quin Memphiticam dialectum Thebaicae, ratione antiquitatis

cogamur anteponere. Qui Graecum Alphabetum adoptarunt Aegyptii, verborum quoque figuras non neglexisse credibile fit. Plures vero fuerunt apud Graecos, ut Grammatici docent, dictionum figurae: videlicet *Superabundantia*, *Defectus*, *Transpositio*, *Transumptio*, *Sectio*, *additio*, *Geminatio*, *Productio*, *Epectasis*, *Diaeresis*, *Parenthesis*, *Diplasiasmus*, *Paremptosis*, *Proschematismus*, *Arsis*, *Systole*, *Syncope*, *Synaloephe*, *Ellipsis*, *Parellipsis*, *Ecthlipsis*, *Apocope*. Sin vero & haec οὐδὲ γρῦ vellet habere, ut explicaret rogaremus, quomodo factum sit, quod longe plura vocabula Thebani a Graecis acceperint, quam Memphitae, si Thebaica dialectus a Memphitica, ceu matre sit derivanda. Prae oculis ea est, quam dedit *Praefat.* pag. LIII. hujusce nodi, ratio solutionis. Cujus rei caussa, inquit, non alia, mea quidem sententia, probabilior, & aptior reddi potest, quam quod haec Memphitica dialectus, quo primum tempore Graeci coloni apparere coeperunt, senior jam erat, Aegyptiis omnibus communis, & satis de suo fundo dives; nec nisi unius forsan commercii caussa, externis vocibus indigebat. Thebaica vero ut pote junior, adolescens, adeoque etiam inops nimis, & parum cognita, quum de alienis fundis ditari, & inclarescere postularet, multo majorem, quam Memphitica a novis colonis verborum numerum mutuata est „. In primis vero illud plane non attingimus, quomodo fieri potuerit, ut Thebaei cultiores memphitica vocabula propriae non aptarent dialecto, si, quo primum tempore Graeci coloni apparuerunt, jam Memphitica lingua toti erat Aegypto communis. Deinde stare potius nobis videtur Thebanos plusquam Memphitae, saltem sub Ptolommaeis, litteris excultos, ad majorem linguae ubertatem Graeca nomina, & verba adoptasse, quod non fecerant Memphitae, & si forent, Joniis, ac Macedonianis Musis proximiores. Rem ita se habuisse ex majori Thebe, prae Memphi antiquitate, una cum celebritate conjicimus. Probat Bochartus tempore

Moysis nondum Memphim extitisse, ac Regiam Pharaonis (qui est nonus ab Amasi primo Aegypti imperatore) sitam apud Tanim, quae posita fuit in inferiori Aegypto, ad interiora regionis Delta (a Graecis sic nuncupatae ob figuram litterae Δ quam repraesentabat) haud procul a mari, ad secundum alveum *Nili* versus orientem. Tanim, Graecis in Aegypto imperantibus, dictam Thebe inde arguitur, quod ibi fuerit, ubi nunc Girgium; At Girgium ex identitate positionis, ubi Tanis erat, ibi consistere evincitur. Thebe igitur Memphi antiquitate praestat. Celeberrimam vero fuisse Thanim, seu Thebe ob scientiarum professionem a Busiridis usque tempore, qui maternum regnum contemnens armorum vi Aegyptum subegit, testis est Isocrates in oratione de ejus laudibus concinnata inquiens: Ταῖς δὲ ψυχαῖς φιλοσοφίας ἄσκησιν κατέδειξαν, ἣ καὶ νομοθετῆσαι, καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων δύναται ζητῆσαι· καὶ τὰς μὲν πρεσβυτέρους ἐπὶ τὰ βέλτιςα ἔταξε· τὲς δὲ νεωτέρους, ἀμελήσαντας τῶν ἡδονῶν, ἐν ἀςρονομίᾳ, καὶ λογισμοῖς, καὶ γεωμετρίᾳ διατρίβειν ἔπεισεν· ὧν τὰς δυνάμεις οἱ μὲν ὡς πρὸς ἕτερα χρησίμους ἐπαινοῦσιν· οι δ' ὡς πλεῖςον πρὸς ἀρετὴν συλλαμβανομένας αποφαίνειν ἐπιχειρῦσι. „ Ingeniis autem „ philosophiae exercitationem demonstrarunt, quae tum „ leges sancire tum rerum naturam indagare potest. Ac „ senibus quidem optima quaeque mandavit: adolescen„ tibus autem persuasit, ut omisso voluptatum studio, „ in astronomia, & arithmetica, & geometria versaren„ tur; quarum facultatem alii, ut ad alia conducibilem „ laudant, alii eas ad virtutem quoque consequendam „ adjumenti plurimum afferre contendunt „. Insuper Graecos Aegyptiis plurimum debere ob acceptam ab iis philosophiam, eodem loci addit Isocrates scribens: ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν προγεγενημένον, ὧν καὶ πυθαγόρας ὁ σάμιος εἷς ἐςὶν· ὃς ἀφικόμενος εἰς ἄιγυπτον, καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος, τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τὺς ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος ἐις τὲς ἕλληνας ἐκόμισε &c. „ Sed multi cum „ nostrae, tum superioris aetatis homines: quorum de

„ nu-

„ numero fuit etiam Samius ille Pythagoras ; Qui in „ Aegyptum profectus, illorum disciplinae se se tradi-„ disset, tum reliquam Philosophiam primus in Grae-„ ciam intulit, tum &c. „ Neque quidquam refert, Isocratem de Aegypto generatim, non vero de Thani, seu Thebe peculiari modo sermonem instituere ; Siquidem cum Thanis esset Pharaonis Regia, ac inter Busiridem, Pharaonemque duo tantum regnarint, Thermusis nimirum, & Zotoris, satis hinc constat eandem fuisse Busiridis, Thermusis, Zotoris, ac Pharaonis sedem, videlicet Thanim. Aliunde vero certum est, ibi olim scientias in Aegypto potissimum floruisse, ubi sedem figerent imperantes. Non est igitur, quod Memphiticae dialecto amplitudo, ubertas, Thebaicae vero inopia tribuatur, quo primum tempore Graeci coloni apud Aegyptios coeperunt apparere. In hacce porro nos opinione vel ipsae Aegypti Geographicae observationes confirmant. Nobilior haec caeteris Africae partibus regio, quam Nilus secans pluribus ostiis se se ad mare Herculis internum, seu mediterraneum effundit, in superiorem, & inferiorem dividebatur. Pars superior supra sectionem Nili jacebat, ubi se scindit in plures alveos. Inferior inclusa erat intra Delta, qua de supra diximus. Sed pressius. Habet Aegyptus ad Boream mare Herculeum, ad ortum sinum Arabicum, atque Arsinoytarum isthmum, seu Posidiun, ad meridiem Ethiopiam, ad occasum Cyrenaicam. Ejus extensio a meridie ad septentrionem complectitur leucas circiter centum, & septuaginta, ac incipit a vigesimoquarto gradu latitudinis septentionalis, desinitque post trigesimum primum. Ab occidente ad ortum leucas continet centum & sex, atque protenditur a sexagesimo primo latitudinis gradu ad sexagesimum sextum. Ex Geographis constat Memphim olim fuisse prope hodiernam urbem *Cairum*, sub trigesimo circiter Borealis latitudinis gradu ; Tanim vero, postea Thebe, nunc *Girgium* positam fuisse, ut dictum est, ad intra

regionis Delta, prope sinum Arabicum , ad secundum alveum Nili, orientem versus . Quum itaque Aegypti latitudo septentionalis a gradu vigesimoquarto incipiat, superest ut Tanis , seu Thebe a Memphi paucis latitudinis gradibus distaret. Fidem hinc videtur superare in almis ejusdem florentissimi regni urbibus , haud magno inter se dissitis intervallo , unam jam consenuisse Graeco-Aegyptiam dialectum, Memphiticam nempe , cum interim altera, Thebaica nimirum , adolesceret. Postremo quotquot Codicum Aegyptiorum fragmenta, vel ex Vaticana Biblioth., vel ex Museo Borgiano, & aliunde laudantur, certo certius priorum Ecclesiae temporum non excedunt vetustatem. Ex iis vero quomodo de Aegyptiacae linguae indole, proprietate, dialectis , quae retroactis temporibus usuvenerint , Psammitis videlicet , & Successorum , Tyrannorum , quique eos subsecuti sunt Ptolommaeorum, conjicere liceat , apud doctiores libratum esto judicium. Dum cavemus interea , ne ex Codicibus Christianis, Episcoporum scilicet, Sacerdotum , Monachorum S. Pachomii , qui priscis Ecclesiae saeculis in Aegypto, & pietate, & litteris floruere , quidquam de Aegyptiaca lingua, Christi Domini nativitatem antevertente, statuamus, facile annuimus Christifideles Aegyptios, dialectis inter se diversis usos fuisse, Memphitica nimirum, Thebaidensi, quae & Sahidica dicitur , Psammirica, seu Basmurica , Ammoniaca , ac demum conflata ex Thebaica, & Memphitica, quas, si respectu temporis, quo recentissimis litteratis Europaeis innotuerunt, primam dixerimus, secundam, tertiam, & quartam, nihil est quod erroris periculum vereamur. Altera modo esset evolvenda quaestio de Aegyptiacae linguae cum Hebraica affinitate; sed tot plena est salebris isthaec controversia, ut vix possit definiri . Nullam Schmitdius agnoscit: & Bochartum, qui contra opinatur satis acriter reprehendit. Picquesius , & Thomas Edvvardus in mutuis epistolis ambo pro re certa ponunt , linguam

Cha-

Chamicam seu Aegyptiam, fuisse a Chananitica, seu Hebraea, quam longe diversam: Joseph enim linguam, quam non noverat, audivit. Didymus Taurinensis P. II. Rudimen. Copt. pag. 71., omissa disquisitione, de primigenia, ac *remotissima* utriusque linguae cognatione, in ea tantum, quae *proxime* inter Hebraicam, & Aegyptiam intercedat, vim omnem collocat investigationis suae. De hoc itaque affinitatis genere loquens, *pauca modo superesse arbitratur vestigia conjunctionis in verbis* NON ASSUMPTIS, SED INGENITIS *utrique linguae, Israëlis, & Pharaonum*. Inter hac ו *vau*, & conjunctionem, cum ⲟⲩⲟϩ Memph. (ⲁⲩⲱ Theb.) comparatam numerat. Sed quod eum magis *movet*, *sunt notae personarum suffigendae vocibus*, in quibus certe utraque Aegyptia dialectus ingenium Hebraicae aemulari videtur. Nemo tamen jure negare poterit, quin plura Hebraicae linguae vocabula in Aegyptiacam irrepserint ex longa illa tam multorum annorum consuetudine, quam cum Aegyptiis israëlis filii duxerunt, quamquam in *Misraimitarum* ore, ex vitio pronunciationis, nativam veluti indolem amisisse videantur. Eademque de caussa Jablosk., in epis. ad La-Croz. Tom. I. The. Ep. pag. 183., scribit: *in glossis Hebr. Codicis multa sine dubio Aegyptiacae linguae ... vestigia* latere, ut ⲟⲩⲏⲃ in אוב *Python sacrificus*. Plura etiam (inquit sapientissimus Georgius, cui sicut haec debemus, ita subscribimus) ex his protulit in Grammatica sua, & alibi Bonjurius; quaedam nos etiam, Mingarellius, & alii.

§. XV.

De Politico, & Sacro Aegyptiorum statu.

Abs re nunc non habeant Tyrones, ut, postquam de lingua Aegyptiaca paucis egimus, de politicis primum Aegypti, post Ptolommaeorum imperium, vicissitudinibus,

bus, deque historia ejus Ecclesiastica, plura scitu perdigna postmodum complectamur. Postremus e genere Ptolommaeorum in Aegypto Imperator fuit Ptolomaeus *Denis*, una cum uxore Cleopatra. Hanc Caesar Augustus deperiit, sed postea Antonio nupsit, mortemque ex aspidum veneno sibi intulit, ne per triumphum duceretur a Caesare, cui post devictum Antonium in navali certamine apud Actium, urbem Epiri, anno V. C. 723., universum Romanum cesserat imperium. Ab hoc tempore Romani Aegyptum administrarunt, usque ad annum Ae. Vulg. 640., quo Haumare duce in Saracenorum venit potestatem. Verum de horum quoque historia aliqua compellimur adnotare. Saracenorum, qui nomen trahunt (ut scribit Histor. Ecclesiast. clarissimus Breviator Laurentius Berti tom. I. in Append. Saec. septimi) a civitate Arabiae *Saraca*, ducem se constituit *Mahomet*, seu *Mahumedes*, pseudo-propheta anno 623., posteaquam superiori anno 622., ex urbe Mecha, antiquis *Marraba*, fuerat ejectus: a quo tempore subducitur *Hegira*, Epocha nempe Turcarum, ita a Mahometis *fuga* appellata. Praedo ille ac seductor in lucem editus anno 568., vel ut aliis placet, an. 570., patre Abdalla coepit an. 608. se ipsum venditare prophetam Domini, uxori, quam viduam divitem duxerat, epilepsiae qua laborabat convulsiones, suadens esse motus afflante numine concitatos. Ita *Mohammed*, quod Arabum lingua ajunt denotari hominum *desiderium*, ex Mosaica & Evangelica lege, quae Judaeis, & Christianis arrideret, commentus est religionem, retenta precum, pietatisque specie, quam boni non improbarent, & propositis, quibus improbi allicerentur, carnalibus voluptatibus. Librum postea impostoris scita comprehendentem, & opera Sergii Monachi, & quorundam Judaeorum conscriptum, Arabes patria lingua appellarunt *Alcoranum*, quod idem volunt significare, ac *liber lectionis*. Mahomet igitur an. 623., Saracenorum turba collecta, suscepit illorum

rum

rum regimen, administravitque usque ad annum 632., quo decessit. Praefuit illo extincto Saracenis *Ebubezer*, quem vocant Arabes *Aboubecre*. Is *Calipha* dici voluit, quam vocem interpretantur *Vicesgerentem*. Ebuzebere duce undique Saraceni grassabantur, sed illo post biennium mortuo, succedente *Haumare*, vel ut ajunt, *Omar* coeperunt majore furore bachari. Anno 634. irruentes in Syriam, coegerunt Heraclium, amisso exercitu, provinciam deserere. Occuparunt proximo anno Damascum. Anno 635. Jerosolimas obsidione cinxerunt. Potiti sunt anno 638. Antiochiae; & insequente anno subegerunt Mesopotamiam. Devicto insuper anno 640. Hormisda *Jezdegird* rege Persarum, regnum illud universum Saraceni occuparunt: unde ab hoc anno supputari solet magnum eorumdem Saracenorum imperium. Nec stetit his limitibus circumscriptum. Universa Aegyptus eodem anno, subacta ab Haumare Alexandria, Saracenis cessit, & amplissima Bibliotheca Alexandrina, vel a temporibus Ptolomaei Philadelphi celeberrima, flammis fuit vorata. Post Haumarem imperium tenuit Othmen, qui Cypri insulam in suam redegit potestatem an. 648.; Siciliam, Ciliciam, Lyciam, Africam sequentibus annis vexarunt Saraceni, imo tota Africa potiti sunt anno 690., non absque culpa Justiniani II. qui violato foedere cum illis inito, bellum excitavit. Paruit Aegyptus supremae sibi succedentium Calipharum potestati, quoadusque anno 940., Hegirae 329., plures crearentur Principes Saracenorum, quorum unus Aegyptum, & Syriam regebat, alter Mesopotamiam, tertius Persidem; & qui in Africa, aut Hispania permanserant, ducibus obtemperabant suis, spreto Arvirorum, seu Calipharum dominatu. *Hermir* vocabatur, qui suis praeerat in urbe *Bagdato*, quae fuit antiquioribus Seleucia. Qui vero principatum gerebat in Africa, dicebatur *Caimbiamrilla*, quod idem sonat Arabum lingua, ac latina, *Constitutus jubente Deo*. Saladinus saeculo duodecimo insti-

stituit in Aegypto Mamaluccorum sectam, seu *stipendiarios*, ac *ministros* ex Christianis Mahumetanos, ad bellum instructos, & aliquando ad Sultanorum dignitatem evectos. Decimotertio saeculo prope exeunte, vel ut alii volunt, sub decimiquarti initio, Othmen, vulgo *Othomanus* Ciliciae Praefectus, mortuo Aladino Iconii Sultano, occupavit Bithiniam, & Othomanicae familiae nomen, atque imperium dedit. Orchanes, Amurathes, Bajazethes, Isa, Solimanus, Mousa, Mahumetes, Amurathes II. Mahumetes II. Bajazethus II. saeculo XIV. XV. ac XVI. imperium tenuere, usque ad Selimum I., qui Aegyptum armis occupavit, Sultano ejus occiso, deletaque a Saladino instituta Mamaluccorum secta. A tempore itaque Haumaris, quo jam haeretica lues Aegyptum infecerat, faustissima haec, primis Ecclesiae saeculis, regio, jugo premitur infidelium. Rexerant Patriarchalem Alexandrinam Sedem post S. Marcum Evangelistam viri & litteris, & pietate in Ecclesiae Fastis commendatissimi. Primo quidem saeculo *Anianus*, Avilius, *Cerdo*, cui saeculo secundo successit *Primus*, deinde *Justus*, *Hymenaeus*, *Marcianus*, *Celadion*, *Agrippinus*, *Julianus*, *Demetrius*. Eidem saeculo III. praefuerunt *Heraclas*, *Dionisius*, *Maximus*, *Theonas*. Quarto vero *Petrus*, *Alexander*, *Athanasius*, *Petrus II.*, *Thimotheus*, *Theophilus*. Suffectus huic est invictissimus ille Nestorianorum profligator, Fideique sanctissimus Athleta Cyrillus, qui nedum, adversus Nestorii impietatem, Synodum coegit, sed & quinque scripsit volumina, in quibus licet Theodoretus, aliique reprobandum assererent, quod Verbi Incarnati dixerit μίαν φύσιν *Naturam unam* certum tamen est, vocabulum φύσιος, loco ὑποστάσεως usurpasse. Scripsit insuper hic S. Antistes Alexandrinus *de Trinitate*, *de Incarnatione*, de *Recta Fide*, ac praeter suimet apologias, homilias, epistolasque permultas, in Pentateuchum, Prophetas, & Evangelium Johannis locupletissima Commentaria. Tandem Eclanensem Episco-

scopum, Pelagianae haeresis acerrimum propugnatorem, ac magno Parenti Augustino infensissimum, decem libris exagitavit. Cyrillum subsecuti sunt *Proterius*, *Timotheus*, *Solophaciolus*, *Johannes Taloja* avitae catholicae Fidei vindices, & cultores. Quae vero eruperat circa annum 448., ex Eutychetis C. P. Archimandritae dementia, Monophysitarum haeresis, Dioscorum Episcopum Alexandrinum, aliosque ejusdem factionis, Timotheum Aelurum, Petrum Moggum, Athanasium, Johannem Stemula, & Petrum Fullonem invasit. Praeter Eutychianam (quam Dioscorus, in latrocinali Ephesina Synodo, a Leone Magno damnata, adprobari curaverat) Monothelitarum quoque haeresis, illius surculus, & appendix, quatenus unam tantum agnoscebat in Christo voluntatem, & actionem, Alexandrinam Sedem foedavit. Heraclius Imperator, suasore Athanasio Alexandrino Praesule Eutychiano, petiit anno 629. a Sergio C. P., itemque a Cyro tunc Phasidis in Cholchide, postea Alexandriae Episcopo, num in Christo una, vel duplex adprobanda esset voluntas? Unicam illi statuerunt, quam θεάνδρικαν, idest Dei-virilem appellarunt. Heraclius vero ἔκθεσιν, in qua una tantum praedicabatur voluntas, promulgavit. Hanc Cyrus ἔκθεσιν, coacta etiam Synodo pro dogmate Eutychiano, manu propria subscripsit. Fuerunt nihilominus, serpente jam Eutychiana haeresi, in Sede Alexandrina orthodoxi Patriarchae *Paulus*, *Zoilus*, *S. Apollinaris*, & *S. Eulogius*. Post hunc vero, dempto S. Johanne eleemosinario, & successore ejus Georgia, Cyri immediato Praedecessore, Monophysitis adhaesesunt, & Jacobitae a Jacobo Syro monacho ejusdem sectae fuerunt nuncupati, ut in lib. de Haeres. inquit Damascenus. Sic adulteratus Christianae Religionis in Aegypto status, subsequente Saracenorum invasione, atque dominatu, ad saeculum usque decimum septimum abiit in deterius. Postquam vero Sacro-Liturgicae Aegyptiacae antiquitates, curantibus potissimum Summis Pontificibus

Clemente XI., & Innocentio XIII. in deliciis fuerunt Catholicorum, qua in re nobis praeiverant Novatores, ad gremium sanctae Matris Ecclesiae non pauci Aegypti incolae rediere. Testis sit omni exceptione major Aegyptiacae eruditionis amantissimus, deque bono Ecclesiae eximie meritus confrater Georgius. Narrat hic ad rem nostram pag. XI. *Praefat.* ad Fragm. S. Johannis, praeclari Raphaelis Tukii pie, sapienterque gesta scribens: Raphael noster, domo Digergensis honeste in patria educatus, bonae indolis juvenis, & ingenii acumine praeditus, interque Aegyptios Monachos diaconatus ordine initiatus, Copticam linguam apud suos docebat: Sed mirifica Spiritus Sancti gratia illustratus, cognitis, atque abjuratis schismaticis, & haereticis, quibus antea imbutus erat erroribus, duce, & comite Missionario Etrusco O. M. O. Romam tamquam ad universae catholicae Ecclesiae centrum, an. 1724., labente septembri ingenti cum gaudio venit, & mox ibid. octobr. inter Alumnos Urbaniani Collegii de P. F. auspicato receptus, usitatum studiorum curriculum inire alacriter coepit. Eo absoluto, Theologi Doctoris laurea condecorari meruit an. 1735. VI. Kalend. Jun., nonis vero ejusdem mensis ordinem Sacerdotii pie, sancteque suscepit. Post id temporis, multo quam antea acrius, atque studiosius operam dare perrexit colligendis, describendis, ordinandisque codicibus, qui in publicum Eccle. Copt. usum evulgari possent. Hinc an. sequenti, qui erat juxta Aegypt. epocham an. Martyrum 1452., aerae Christianae 1736. (non autem ut in Didymo, & alibi legi 1746.) Missale jam ante paratum, & mox ab amplissimis Sac. Congreg. Patribus approbatum edidit. Patriis laribus, & quidem non sine Religionis nostrae, & Ecclesiae Catholicae emolumento, subinde revisis, Romam rediit, & an. non 1749., sed 1744. Psalterium, cum Canticis, aliisque sacris Prophetarum lectionibus, orat. Dominica, & Symbolo Nicaeno, absoluta impressione die 16.

Ju-

Julii, in lucem emisit: Diurnum Alexandrinum an. 1750., Partem I. vulgatae editionis *Arabice* versam, quae complectitur Pentateuchum, Josue, Judices, Ruth, IV. lib. Reg., II. Paralipomen., II. Esdrae, & sacram Tobiae historiam ex Rutilianis typis an. 1752., Pontificalis Copt. par. I. an. 1761., & par. II. an. 1762., Rituale an. 1763. & Theotochias an. 1764. Quos quantosque labores in haec Liturgica opera praeparanda, ut prelo darentur insumpserit, non semel mihi contigit admirari, cui provincia commissa fuerat adnotandi vel dubia, vel suspecta loca, quae judicio S. Congregat. de libris Oriental. corrigendis, proponenda erant. Creatus Episcopus Arsenoviens. Eccle., etsi stationem teneret in aedibus monasticis S. Stephani Aethiopum, post Vaticanam Basilicam, non sine magno incomodo, in munere tradendae Copt. linguae Urbaniani Collegii Alumnis, diu perseveravit; donec Monachum ex Aegypto accersitum diligenter in Copticis litteris erudivit, eumque tandem ab Emis Collegii moderatoribus, ut in sui locum sufficeretur, obtinuit. Tum vero deficientibus licet viribus, ut interdiu etiam lecto decumbere saepissime cogeretur, Grammaticam Aegyptiacam utriusque dialecti ex veteribus quibusdam Arabicis scriptis composuit: eaque est, quam Romae editam habemus ex typis S. Congreg. de P. F. an. 1778.,, Ita aequissimus Georgius se se in Tukii laudes effundit: Attamen pag. XXI. de hac Grammatica sic scribit: Optassem ego quidem, ut Antistes optimus *Elementis Aegyptiacae linguae* a Bonjurio scriptis, & jussu Pont. Max. Clem. XI. a viro summo *Eusebio Renaudotio* adprobatis, adderet de suo Rudimenta Thebaicae. Nam de Grammatica Bonjurii edenda, jamdiu ante a Sac. Cong. de P. F. decretum fuerat, dum Praefecturam ageret immortalis memoriae Josephus Cardinalis Spinellus, & a secretis sacri hujus senatus esset magni nominis Praesul Nicolaus Antonellus ad meritos deinde Purpuratorum Patrum honores evectus. Tukius vero se ita, ut optabatur, praestiturum

 sae-

saepe spoponderat: eamque ob caussam tribus primum, & amplius annis, deinde & alio rursus tempore, repetitam Bonjurii Grammaticam apud se diu retinuit, donec dies venit, quo expleto opere a se jam concepto, rogatus sententiam suam dicere, utrum praestaret edere, suamne? an Bonjurianam Grammaticam cum additamentis Thebaicis? suam respondit tamquam studiosae juventuti utiliorem, licet alteram philologis, & eruditione provectis gratiorem, probatioremque crederet. Quo audito Cardinalis Castellus S. C. Praefectus Tukianam ex Patrum decreto imprimi, evulgarique curavit „. Celebrandi modo essent alii, qui hocce nostro; & superiori saeculo in Copticis excolendis litteris inclaruerunt. Omnes commemorare, si vacaret, esset operae pretium: Sed nullo modo praetermittendi sunt Praesul Joseph Simon Assemanus vere clarissimus *Biblioth. Orientalis* Auctor; Kircherus qui *Prodromum Copticum*, & *Linguam Aegyptiacam restitutam* publici juris fecit; Bonjurius ille noster, qui praeter *Exercitationem in monumenta Copt.*, *sive Aegyptiaca Bibliot. Vaticanae*, amplo volumine *Dynastias Aegypt.* illustravit, aliaque opera bene multa edenda paraverat, Wilkinsius, qui in prolegom. Novi Testamen. Aegyptii immerito Bonjurium carpit, quique ei praefert viros in Anglia clarissimos *Bernardum* & *Mareschallum*; Ludovicus Picquesius Doctor Sorbonicus, cujus commercium litterarium de Copticis monumentis cum Thoma Eduardo, & Andrea Acolutho edidit Lypsiae an. 1750. eruditissimus Johan. Dietericus Winclerus; Laudandus item foret Maturinus Wessiere La Crozius, qui tom.III. *Thes. Epis.* p. 154., Wilhinsium Bonjurii depressorem increpat, & Lexicum Aegyptiacum paravit, opera & studio doctissimi *Caroli Godofredi Woide* prelo commissum, manu etiam accedente *Scholtzii*, qui Grammaticam Copto Thebaicam Oxoniensibus typis evulgavit. Paullus Ernestus Jablonskius, Jacobus Kocher, Andreas Christianus Hevidius Andreas Birchius, Fridericus Munter, Hottingerus, Theodorus Petraeus, Hilligerus, Salmasius, Nicolaus Schovv, Abbas Barthelemy, aliique. Si-

quis vero de Scriptoribus, qui Copticis litteris animum applicuere, ubertim velit erudiri, adeat *Litteraturae Copticae Rudimentum* Comitis Valpergae, seu *Didymi* Taurinensis, ubi eorum seriem fere completam inveniet. Apud hunc, Georgio teste, nobilissimum, doctissimumque Scriptorem reperire erit laudibus ornatum Johannem Bernardum de Rossi, quem Georgius quoque insigne Parmens. Accademiae, ac praeclarum in primis Hebraicae litteraturae lumen, & linguae Copticae vindicem jure optimo appellat. Sint loco Coronidis Johannes Aloysius Abbas Mingarellius, Georgius Zoëga, Gabriel Fabricius, ac tandem Georgius noster in Coptica litteratura nulli fortasse secundus. Hic jam ad mentem nobis revocat amplissimum, & Emũm Moecenatem ejus Aegyptiarum antiquitatum 'φιλτατον Stephanum Cord. Borgia, cui omnia abs se illustrata Serapei Veliterni monumenta, tum in elaboratissimo opere *Fragmentum S. Johannis &c.* tum in alio ejusdem momenti, *De Miraculis S. Coluthi &c.* se prorsus debere, non semel audivimus, candidissime profitentem. Decies & ultra in opere nunc prius memorato ab ἐυχάριστῳ Georgio fuisse laudatum & observavimus, & delectati sumus, quamquam κατ' ἡμετέραν γνώμην φειδομένως. Ecquis enim obiter, ac pro re nata, ut Georgius fecit, praeconia adhaequet Emĩ viri, qui & Religionis ubique gentium amplificandae, non inquam votis, sed laboribus, & exoticorum promovendorum idiomatum, non inquam studio, sed multiplicis praestatione operis, vix Romae supparem, majorem certe non esset reperire! Quis perfunctorie sat laudibus tribuat Purpurati viri, qui & omnigena emineat eruditione (ut inter alios ab eo editos libros, ac dissertationes, vel una Georgiano adnexa *operi* de rebus gestis, & miraculis S. Coluthi abunde testatur) quique omnium splendore virtutum, quas jam tum admirabantur ex omni natione Alumni, dum in V. Collegio de P. F., octodecim ferme annorum curriculo, foret τῶν ἀπορρήτων γραμματέυς adeo clauresceret, ut a remotissimis quoque populis celabraretur!

Longa itidem, eaque ornatissima opus esset oratione, si Urbaniani Collegii Praefecturam modo agentem, non pro dignitate, quo de esset desperandum, bene vero ἀνὰ μέρος ἐγκωμιάζειν, nobismetipsis demendaremus. Is est Emus, sapientissimus, piissimusque Hyacintus Card. Gerdilius Sanctae R. E. turbidissimis hisce temporibus σύμφορος adeo, ut de hocce uno, etiamsi alii, quod se aliter habet, desiderarentur, gaudio posset exsilire. Adeste vos morigeri probissimique Urbaniani Alumni, & vota, curas, pragmata vestri τῦ Ἐπιστάτυ pro vobis Religionis bono aptandis, devovendisque effundite. Alius profecto vestrum alia panderet, eaque omnia, ut prudentissima, ita perutilia. Sed quaecumque tandem praedicaturi essetis, ut nemo non videt, in gloriam potissimum supremae pro Collegio vestro sollicitudinis Ὑψυμέδοντος PII PAPAE VI., videlicet in caussam sub coelo primam redundarent. Te demum Eme Princeps Hyacinte appello, & adprecor, ut sinas me ex pluribus Aegyptiis Apospasmatiis a Georgio nostro editis, & illustratis; aliqua mutuari, Alumnisque Tui Προστατεία submissis, quo in Copticis excolendis litteris subsidii habeant specimen, devovere. Fragmentum primum Evangelii secundum Lucam exordium ducens a vers. 29. & usque ad 38. protensum, apud Georgium prostat in Opere *de Miraculis S.Coluthi &c.* pag. 327. & seq. Fragmentum alterum ex Epistola ad Hebrae. cap. IX. incipiens a ver. II., & desinens vers. 10., in ejusdem operis pp.336., & seq. poterit observari. Tertium, & quartum dedit in Opere: *Fragmentum Evangelii S. Johannis Graeco-Copto-Thebaicum &c.* a pag. 248. usque ad p.262. Initium habet tertium a vers. I. Cap. VII., & finem vers. 52. Quartum e Cap. VIII. petit exordium a v. 12., & in 23. explicit. Psalmus accedit XLVIII. trifariam exaratus cum latina Vulgatae lectione. Copticam ejus versionem descripsit Georgius, ubi de Reliquiis actorum S. M. & Ab. Panesniv. pag. 330., & seq. Hunc quisquis Copticis litteris initiatus adeat, ex doctissimis ejus *expositionibus*, & *adnotationibus* magnum ad majorem progressum habebit adjumentum.

COPTICUM ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ I.

Evangelii secundum Lucam a versu 29. Cap. I. usque ad 38.

29 ⲧⲣ ⲉϫⲙ ⲡϣⲁϫⲉ ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲥⲙⲟⲕ// ⲙⲉⲕ ⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲟⲩⲁϣ ⲙⲙⲓⲛⲉ ⲡⲉ ⲡⲉⲓⲁⲥⲡⲁⲥ//	29 Διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αυτȣ̃, ϗ διελογίζετο ποτάπος εἴη ὁ ασπασμὸς ȣ̃τος· (a)
30 ⲙⲟⲥ. * ⲡⲉϫⲉ ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲁⲥ ϫⲉ ⲙⲡⲣⲣϩⲟⲧⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲁⲣϭⲓⲛⲉ ⲅⲁⲣ ⲛⲟⲩϩⲙⲟⲧ ⲛⲛⲁϩⲣⲙ ⲡⲛⲟⲩ//	30 Ἐιπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ, μὴ φοβȣ̃ Μαριάμ. ἕυρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· (b)
31 ⲧⲉ. * ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲧⲉⲛⲁⲱⲱ. ⲛⲧⲉ// ϫⲡⲟ ⲛⲟⲩϣⲏⲣⲉ. ⲛⲧⲉⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲡⲉϥ//	31 Ἰδȣ̀ συλλήψῃ εν γαςρὶ, ϗ τεξῃ ὑιὸν, ϗ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτȣ̃ Ἰησȣ̃ν· (c)
32 ⲣⲁⲛ ϫⲉ ⲓ̅ⲥ̅. * ⲡⲁⲓ ϥⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛ// ⲛⲟϭ. ⲁⲩⲱ ⲥⲉⲛⲁ// ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ	32 Ὄυτος ἔςαι μέγας, ϗ ὑιὸς ὑψίςȣ κληθήσεται, ϗ δώσει αυτῷ Κύριος ὁ Θεὸς

(a) *Turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio.*

(b) *Et ait Angelus ei; ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum.*

(c) *Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus JESUM.*

ⲡϣⲏⲣⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲧ=
ϫⲟⲥⲉ. ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲁϯ=
ⲛⲁϥ ⲙ̄ⲡⲉⲑⲣⲟⲛⲟⲥ
ⲛ̄ⲇⲁⲩⲉⲓⲇ ⲡⲉϥⲉⲓ=
33 ⲱⲧ. * ⲁⲩⲱ ⲛ̄ⲁⲣ=
ⲣⲟ ⲉϫⲙ̄ ⲡⲏⲓ ⲛ̄=
ⲓⲁⲕⲱⲃ ϣⲁⲛⲓⲉ=
ⲛⲉϩ. ⲁⲩⲱ ⲙⲛ̄ ϩⲁⲏ
ⲛⲁϣⲱⲡⲉ ⲛ̄ⲧⲉϥ=
34 ⲙⲛ̄ⲧⲉⲣⲟ. * ⲡⲉ=
ϫⲉ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲇⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲅ=
ⲅⲉⲗⲟⲥ. ϫⲉ ⲛⲁϣ=
ⲛ̄ϩⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲁϣⲱ=
ⲡⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲓⲥⲟⲩⲛ
35 ϩⲣⲟⲟⲩⲧ. *ⲁⲡⲁⲅ=
ⲅⲉⲗⲟⲥ ⲟⲩⲱϣⲃ̄
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲥ. ϫⲉ
ⲟⲩⲡ̄ⲛ̄ⲁ̄ ⲉϥⲟⲩⲁⲁⲃ̄
ⲡⲉⲧⲛⲏⲩ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱ. ⲁⲩⲱ ⲧϭⲟⲙ
ⲙ̄ⲡⲉⲧϫⲟⲥⲉ. ⲧⲉ=
ⲧⲛⲁⲉⲣϩⲁⲓⲃⲉⲥ ⲉⲣⲟ.

τὸν θρόνον Δαβὶδ
τȣ̃ πατρὸς αὐτȣ̃·(a)

33 Καὶ βασιλεύσει
ἐπὶ τὸν οἶκον
Ἰακὼβ εἰς τὺς αἰ-
ῶνας, ϗ τῆς βα-
σιλείας αὐτȣ̃
ὐκ ἔσαι τέλος· (b)
34 Ἐιπε δὲ Μαριὰμ
πρὸς τὸν ἄγγελον,
πῶς ἔσαι τȣ̃το,
ἐπὶ ἄνδρα ὐ γι-
νώσκω, (c)
35 Ἀποκριθεὶς ὁ
ἄγγελος εἶπεν
αὐτῇ· πνεῦμα ἅ-
γιον επελεύσεται
ἐπὶ σε, καὶ δύνα-
μις ὑψίσυ ἐπισ-
κιάσει σοι· διὸ
καὶ τὸ γεννώμενον

(a) *Iste erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus: & regnabit in domo Jacob in aeternum.*

(b) *Et regni ejus non erit finis.*

(c) *Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?*

ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲡ̄ⲉⲧⲉⲣ//
ⲛⲁϫⲡⲟϥ ϥⲟⲩⲁ//
ⲁⲃ. ⲥⲉⲛⲁⲙⲟⲩⲧⲉ
ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲡϣⲏⲣⲉ
ⲙⲡⲛⲟⲩⲧⲉ. *
36 ⲁⲩⲱ ⲉⲓⲥ ⲉⲗⲓⲥⲁⲃⲉⲧ
ⲧⲟⲩⲥⲩⲅⲅⲉⲛⲏⲥ
ⲛ̀ⲧⲟⲥ ϩⲱⲱⲥ ⲟⲛ
ⲁⲥⲱⲱ ⲛⲟⲩϣⲏ//
ⲣⲉ ϩⲛ ⲧⲉⲥⲙⲛⲧ//
ϩ̀ⲗⲗⲱ. ⲁⲩⲱ ⲡⲉ
ⲙⲉϩ ⲥⲟⲟⲩ ⲛⲉⲃⲟⲧ
37 ⲡⲉ ⲡⲁⲓ *: ⲧⲁⲓ ⲉ//
ϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲥ
ϫⲉ ⲧⲁϭⲣⲏⲛ ϫⲉ
ⲙⲡⲉⲗⲁⲁⲩ ⲛϣⲁ//
ϫⲉ ⲉⲣⲁⲧϭⲟⲙ ⲛ
ⲛⲁϩⲣⲙ ⲡⲛⲟⲩ//
38 ⲧⲉ. * ⲡⲉϫⲁⲥ ⲇⲉ
ⲛϭⲓ ⲙⲁⲣⲓⲁ ⲙⲡⲁ//
ⲅⲅⲉⲗⲟⲥ:
ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲛⲅ
ⲟⲙϩⲁⲗ ⲙⲡϫⲟ//
ⲉⲓⲥ. ⲙⲁⲣⲉϥϣⲱ//

ἐκ σοῦ ἅγιον, κλη-
θήσεται υἱὸς
Θεοῦ; (a)

36 Καὶ ἰδοὺ Ἐλισά-
βετ ἡ συγγενής
σου, καὶ αὐτὴ
συνειληφυῖα υἱὸν
ἐν γήρει αὐτῆς· καὶ
οὗτος μὴν ἕκτος
ἐστὶν αὐτῇ τῇ κα-
λουμένῃ στείρα: (b)

37 Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει
παρὰ τῷ Θεῷ
πᾶν ῥῆμα· (c)

38 Εἶπε δὲ Μα-
ριάμ, πρὸς τὸν
ἄγγελον· ἰδοὺ ἡ
δούλη Κυρίου· γέ-
νοιτο μοι κατὰ
τὸ ῥῆμα σου· καὶ

(a) *Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei.*

(b) *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quae vocatur sterilis.*

(c) *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

ⲡⲉ ⲛⲁⲓ ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕ-
ϣⲁϫⲉ. ⲁⲩⲱ ⲁ-
ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ ⲃⲱⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲟⲟⲧⲥ:

ἀπῆλθεν ἀπ'
αὐτῆς ὁ ἄγγελος· (a)

COPTICUM ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ II.

Ex Epist. ad Heb. Cap. IX. a v. 2. ad 10.

Ⲡⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲧⲉ ⲡⲣⲟⲥ ϩⲉⲃⲣⲉⲟⲥ

ⲀⲨⲧⲁⲙⲓⲟ ⲅⲁⲣ ⲛⲧⲉ-
ⲥⲕⲏⲛⲏ ⲛϣⲟⲣⲡ.
ⲧⲁⲓ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲧⲗⲩⲭ-
ⲛⲓⲁ ⲛϩⲏⲧⲥ: ⲙⲛ
ⲧⲉⲧⲣⲁⲡⲉⲍⲁ ⲙⲛ
ⲧⲉⲡⲣⲟⲑⲉⲥⲓⲥ ⲛⲛⲟ-
ⲉⲓⲕ. ⲧⲁⲓ ⲉϣⲁⲩ-
ⲙⲟⲩⲧⲉ ⲉⲣⲟⲥ ϫⲉ
ⲡⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ. ⲙⲛ
ⲛⲥⲁⲡⲙⲉϩ ⲥⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲛⲕⲁⲧⲁⲡⲉⲧⲁⲥ-
ⲙⲁ: ⲧⲉⲥⲕⲏⲛⲏ
ⲧⲉ ⲉϣⲁⲩⲙⲟⲩⲧⲉ

2 Σκηνὴ γὰρ κατε-
σκευάσθη ἡ πρώτη
ἐν ᾗ ἥτε λυχνία,
καὶ ἡ τράπεζα, καὶ
ἡ πρόθεσις τῶν ἄρ-
των, ἥτις λέγεται
ἁγία b

3 Μετὰ δὲ τὸ δεύ-
τερον καταπέτασμα,
σκηνὴ ἡ λεγομένη
ἅγια ἁγίων· (c)

(a) *Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini , fiat mihi secundum verbum tuum . Et discessit ab illa Angelus .*

(b) *Tabernaculum enim factum est primum , in quo erant candelabra , & mensa , & propositio panum , quae dicitur Sancta .*

(c) *Post velamentum autem secundum , tabernaculum , quod dicitur Sancta sanctorum .*

ⲉⲣⲟⲥ ϫⲉ ⲛⲉⲧⲟⲩⲁ-
ⲁⲃ. ⲛⲛ̄ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ :
ⲉⲣⲉ ⲟⲩϣⲟⲩⲣⲏ ⲛ-
ⲛⲟⲩⲃ ⲛ̄ϩⲏⲧⲥ
ⲙⲛ̄ ⲧⲕⲓⲃⲱⲧⲟ́ⲥ :
ⲛ̄ ⲧⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ.
ⲉⲧϭⲟⲟⲗⲉ ⲛ̄ⲛⲟⲩⲃ
ⲛ̄ⲥⲁⲥ . . . . . . ⲙ. ⲧⲁⲓ
ⲉⲧⲉⲣⲉ . . : . : : . :
ⲛ̄ⲛⲟⲩ ⲃ : . : . : . . :
ⲉⲣⲉ ⲡⲙⲁ . . . .
ϩⲏⲧϥ. ⲁⲩⲱ
ⲡϭⲉⲣⲱⲃ ⲛ̄ⲁⲁⲣⲱⲛ
ⲛ̄ⲧⲁϥϯⲟⲩⲱ.
ⲙⲛ̄ ⲛⲉⲡⲗⲁⲝ ⲛ-
ⲧⲇⲓⲁⲑⲏⲕⲏ.
ⲛ̄ⲧⲡⲉ ⲇⲉ ⲙ̀ⲙⲟ́ⲥ-
ϩⲉⲛ ⲭⲉⲣⲟⲩⲃⲓⲛ
ⲛⲉⲟⲟⲩⲛⲉ. ⲉⲩⲉⲣ-
ϩⲁⲓⲃⲥ ⲉⲡⲓⲉⲗⲁⲥ-
ⲧⲏⲣⲓⲟⲛ. ⲛⲁⲓ
ⲉⲧⲉⲛⲥⲕⲏⲛⲁⲛ
ⲁⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲧⲉⲛⲟⲩ
ⲉⲧⲣⲉⲛⲧⲁⲩⲟⲟⲩ

4 Χρυσῦν ἔχυσα θυ-
μιατήριον, καὶ τὴν
κιβωτὸν τῆς δια-
θήκης περικεκαλυμ-
μένεν πάντοθεν
χρυσίω , ἐν ἧ ςάμ-
νος χρυσῆ ἔχυσα
τὸ μάννα , καὶ ἡ
ῥάβδος Ἀαρὼν
ἡ βλαςήσασα , καὶ
αἱ πλάκες
τῆς διαθήκης : (a)

5 Ὑπεράνω δὲ αὐτῆς
Χερυβὶμ δόξης , κα-
τασκιάζοντα τὸ ἱλα-
ςήριον · περὶ ὧν ὐκ
ἔςι νῦν λέγειν κατὰ
μέρος · (b)

(a) *Aureum habens thuribulum , & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro , in qua urna aurea habens manna , & virga Aaron , quae fronduerat , & tabulae testamenti .*

(b) *Superque eam erant Cherubim gloriae obumbrantia propitiatorium : de quibus non est modo dicendum per singula .*

ⲟⲩⲁ. ⲟⲩⲁ ⲛⲁⲓ
ⲇⲉ ⲉⲩⲧⲁⲙⲓⲏⲩ
ⲉⲛⲧⲉⲓϩⲉ: ϣⲁⲣⲉ
ⲛⲉⲟⲩⲏⲏⲃ ⲙⲉⲛ
ⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛ//
ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛⲓⲙ ⲉ//
ⲧϣⲟⲣⲡ ⲛⲥⲕⲩ//
ⲛⲏ ⲉⲩϫⲱⲕ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲛ̀ⲛⲩϣⲙ//
ϣⲉ: ⲡⲁⲣⲭⲓⲉ//
ⲣⲉⲩⲥ. ⲇⲉ ⲙⲙⲁ//
ⲧⲉ ⲡⲉϥϣⲁϥⲃⲱⲕ
...... ⲧⲙⲉϩ
...... ⲛⲟⲩⲥⲟⲛ
...... ⲉ.. ⲛⲟⲩ//
...... ⲛⲥⲛⲟϥ ⲁⲛ
...... ⲉϥϣⲁϥⲧⲁ//
:.ⲟϥⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲁⲣⲟϥ
ⲁⲩⲱ ϩⲁ ⲙ̀ⲙⲛ̀ⲧ//
ⲁⲧⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙⲡ//
ⲗⲁⲟⲥ. ⲉⲣⲉ ⲡⲉ//
ⲡ͞ⲛ͞ⲁ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ
ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ⲙ//
ⲡⲁⲓ ϫⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲉ
ⲧⲉϩⲓⲏ ⲛⲛⲉ//

6 Τȣ́των δὲ ȣ̋τω κα-
τεσκευασμένων, εἰς
μὲν τὴν πρώτην
σκηνὴν διαπαντὸς
εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς
τὰς λατρείας ἐπι-
τελȣ͂ντες · (a)

7 Ἐις δὲ τὴν δευτέ-
ραν ἅπαξ τȣ͂ ἐνι-
αυτȣ͂ μόνος ὁ ἀρ-
χιερεὺς, ȣ̓ χωρὶς
αἵματος, ὃ προσφέ-
ρει ὑπὲρ ἑαυτȣ͂,
ϗ τῶν τȣ͂ λαȣ͂
ἀγνοημάτων; (b)

8 Τȣ͂το δηλȣ͂ντος τȣ͂
Πνεύματος τȣ͂ ἁγίȣ,
μήπω πεφανερῶσθαι
τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν,
ἔτι τῆς πρώτης
σκηνῆς ἐχȣ́σης

(a) *His vero ita compositis; in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes.*

(b) *In secundo autem semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua, & populi ignorantia.*

ⲧⲟⲩⲁⲁⲃ ⲟⲩⲱ//
ⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ. ⲉ//
ⲧⲉⲓⲟⲩⲛ ⲧⲉⲧ//
ϣⲟⲣⲡ ⲉⲛⲥⲕⲩ//
ⲛⲏ ⲧⲁϫⲣⲟ.
ⲧⲁⲓ ⲉⲧⲟ ⲙⲡⲁ//
ⲣⲁⲃⲟⲗⲏ ⲉⲡⲉⲓ//
ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲧⲉⲛⲟⲩ:
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲧⲟⲩ//
ⲧⲁⲗⲟ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲛ̀//
ϩⲉⲛⲇⲱⲣⲟⲛ
ⲙⲛ ϩⲉⲛⲑⲩⲥⲓⲁ.
ⲉⲙⲛ̀ϭⲟⲙ ⲙⲙⲟ//
ⲟⲩ. ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲩ//
ⲛⲉⲓⲇⲩⲥⲓⲥ ⲉ//
ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ//
ⲡⲉⲧϣⲙϣⲉ
ⲙⲟⲛⲟⲛ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲛ ϩⲉⲛϭⲓⲛⲟⲩ//
ⲱⲙ ⲙⲛ̀ ϩⲉⲛ
ϭⲓⲛⲥⲱ ⲃⲁⲡⲧⲓⲥⲙⲁ
ⲉⲩϣⲟⲃⲉ. ⲛ̀ⲇⲓ//
ⲕⲁⲓⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲥⲁ//
ⲣⲝ ⲉⲩⲕⲏ ⲉϩⲣⲁⲓ

ςάσιν· (a)

9 Ἥτις παραβολὴ
ἐςι τȣ̃ καιρȣ̃
ενιςηκότος,
καθ᾽ ὃν δῶρά
τε καὶ θυσίαι προ-
σφέρονται, μὴ δυ-
νάμεναι κατὰ συ-
νείδησιν τελειῶσαι
τὸν λατρεύοντα:

10 Μόνον ἐπὶ βρώμασι,
καὶ πόμασι, καὶ
διαφόροις βαπτισ-
μοῖς, καὶ δικαιώ-
μασι σαρκός, μέ-
χρι καιρȣ̃ διορ-
θώσεως ἐπι-

(a) *Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse Sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum.*

(b) *Quae parabola est temporis instantis: juxta quam munera, & hostia offeruntur, quae non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis, & in potibus:*

ϣⲁ ⲡⲉⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲛ̄ⲧⲁϩⲟⲟⲩ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ.	κάμενοις : (a)

COPTICUM ΑΠΟΣΠΑΜΑΤΙΟΝ III:

Evangelii S. Johannis Cap. VII.

★ :.:.? ⲙⲛ̀ⲛ̀

1 Ⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲛⲉϥ ⲙⲟⲟϣⲉ ⲛ̀ϭⲓⲓ̅ⲥ̅ ϩⲛ̄ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓ ⲁ ⲛⲛⲉϥ ⲟⲩⲱϣ ⲅⲁⲣ ⲁⲛ ⲡⲉ ⲉⲙⲟⲟϣ ϩⲛ ⲧ̄ⲓⲟⲩⲇⲁⲓⲁ ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉⲩϣⲓⲛⲉ ⲛⲥⲱϥ ⲡⲉ ⲛ̀ϭⲓⲛ̀// ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲉⲙⲟⲟⲩⲧϥ	1 Καὶ περιεπάτι ὁ Ἰησῦς μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Γα- λιλάιᾳ· ὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰυδαιᾳ περιπα- τεῖν, ὅτι ἐζήτυν αὐτὸν οἱ Ἰυδαῖοι ἀποκτεῖ- ναι· (b)
2 Ⲛⲉϥϩⲏⲛ ⲇⲉ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲛ̀ϭⲓⲡϣⲁ ⲛ̀ⲛⲓⲟⲩ// ⲇⲁⲓ ⲧⲉⲥⲕⲏⲛⲟ//	2 Ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτη τῶν Ἰυδαίων ἡ σκηνοπηγία :
3 ⲡⲏⲅⲓⲁ. ★ ⲡⲉϫⲁⲩϭⲉ̇ ⲛⲁϥ ⲛ̀ϭⲓⲛⲉϥⲥⲛⲏⲩ ϫⲉ ⲡⲱⲱⲛⲉ ⲉⲃⲟⲗ// ϩⲙ̀ ⲡⲉⲓⲙⲁ ⲛ̀ⲅ ⲃⲱⲕ	3 Ἔιπον ὖν πρὸς αὐτὸν οἱ ἀδελφοι αὐτῦ : (c) μετάβηθι ἐντεῦθεν,

---

(a) *Et variis baptismatibus, & justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis.*

(b) *Post haec autem ambulabat Jesus in Galilaeam, non enim volebat in Judaeam ambulare, quia quaerebant Judaei eum interficere.*

(c) *Erat autem in proximo dies festus Judaeorum Scenopegia.*

ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉϯⲟⲩⲇⲁⲓⲁ.
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲣⲉ ⲛⲉⲕ
ⲙⲁⲑⲏⲧⲏⲥ ϩⲱⲟⲩ
ⲛⲁⲩ ⲉⲛⲉϩⲃⲏⲩⲉ
ⲉⲧⲕⲉⲓⲣⲉ ⲙⲙⲟⲟⲩ
4 ⲙⲉⲣⲉⲗⲁⲁⲩ ⲅⲁⲣ ⲣ̀-
ϩⲱⲃ ϩⲙ̀ ⲡϩⲱⲡ
ⲁⲩⲱ ⲛϥϣⲓⲛⲉ
ⲛ̄ⲧⲟϥ ⲛ̀ⲥⲁϣⲱ-
ⲡⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏ-
ⲥⲓⲁ. ⲉϣϫⲉ ⲕⲉⲓⲣⲉ
ⲛⲁⲓ ⲟⲩⲟⲛϩⲕ ⲉ-
ⲃⲟⲗ ⲙⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ
5 ⲛⲉⲣⲉⲛⲉϥⲕⲉ-
ⲥⲛⲏⲩ ⲅⲁⲣ ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ
ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ.
6 Ⲡⲉϫⲁϥ ϭⲉ ⲛⲁⲩ
ⲛ̄ϭⲓ ⲓ̄ⲥ̄ : ϫⲉ ⲡⲁⲟⲩ-
ⲟⲉⲓϣ ⲁⲛⲟⲕ
ⲙⲡⲁⲧϥⲉⲓ ⲡⲉ
ⲧⲛⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲇⲉ
ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ ⲥⲃⲧⲱⲧ

ϗ ὕπαγε εἰς τὴν
Ἰȣδαίαν, ἵνα ϗ οἱ
μαθηταί σȣ θεωρή-
σωσι τὰ ἔργα σȣ
ἃ ποιεῖς · (a)
4 Οὐδεὶς γὰρ ἐν
κρυπτῷ τι ποιεῖ
ϗ ζητεῖ αὐτὸς
ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι.
εἰ ταῦτα ποιεῖς
φανέρωσον σεαυτὸν
τῷ κόσμῳ · (b)
5 Οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ
αὐτȣ̃ ἐπίϛευον εἰς
αὐτόν · (c)
6 Λέγει ȣ̃ν αὐτοῖς
ὁ Ἰησȣ̃ς, ὁ καιρὸς
ὁ ἐμὸς ὄπω πάρεστιν:
ὁ δὲ καιρὸς ὁ ὑμέτε-
ρος πάντοτέ
ἐϛιν ἕτοιμος · [d]

(a) *Dixerunt autem ad eum fratres ejus : Transi hinc, & vade in Judaeam, ut & discipuli tui videant opera tua, quae facis.*
(b) *Nemo quippe in occulto quid facit, & quaerit ipse in palam esse : si haec facis, manifesta teipsum mundo.*
(c) *Neque enim fratres ejus credebant in eum.*
(d) *Dixit ergo eis Jesus : Tempus meum nondum advenit : tempus autem vestrum semper est paratum.*

7 ⲛ̄ⲥⲛⲏⲩ ⲛⲓⲙ ★ ⲙ̄ⲙⲛ//
ϣϭⲟⲙ ⲉⲧⲣⲉ ⲡⲕⲟ//
ⲥⲙⲟⲥ ⲙⲉⲥⲧⲉ
ⲧⲏⲩⲧⲛ̄. ⲁⲛⲟⲕ
ⲇⲉ ⲉϥⲙⲟⲥⲧⲉ
ⲙ̄ⲙⲟⲉⲓ. ϫⲉ ϯⲣ//
ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧϥ. ϫⲉ
ⲛⲉϥϩⲃⲏⲩⲉ ⲥⲉ//
8 ϩⲟⲟⲩ. ★ ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄
ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉ//
ⲡϣⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ
ⲉⲙⲛⲁϯⲛⲟⲩ ⲉⲉⲓ
ⲉⲡⲉⲓϣⲁ ϫⲉ
ⲙⲡⲁ ⲧⲉ ⲡⲁⲟⲩⲟ//
ⲉⲓϣ ϫⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ
9 Ⲛⲧⲉⲣⲉϥ ϫⲉ ⲛⲁⲓ
ⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲟϥ. ⲁϥϭⲱ
ϩⲛ̄ ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ
10 ⲛ̄ⲧⲉⲣⲉ ⲛⲉϥⲥⲛⲏⲩ
ⲇⲉ ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉⲡϣⲁ. ⲧⲟⲧⲉ
ⲛ̄ⲧⲟϥ ϩⲱⲱϥ
ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ϩⲛ̄

7 Ὀυ δύναται
ὁ κόσμος μισεῖν
ὑμᾶς· ἐμὲ δὲ μισεῖ
ὅτι ἐγὼ μαρτυρῶ
περὶ αὐτοῦ, ὅτι
τὰ ἔργα αὐτοῦ
πονηρά ἐστιν· a
8 Ὑμεῖς ἀνάβητε
εἰς τὴν ἑορτὴν
ἐγὼ οὔπω ἀναβαί-
νω εἰς τὴν ἑορτὴν
ταύτην, ὅτι ὁ ἐμὸς
καιρὸς οὔπω πεπλή-
ρωται· b
9 Ταῦτα δὲ εἰπὼν
αὐτοῖς ἔμεινεν
ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· c
10 Ὡς δὲ ἀνέβησαν
οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰς τὴν
ἑορτήν, τότε
καὶ αὐτὸς ἀνέβη
οὐ φανερῶς,

(a) *Non potest mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt.*

(b) *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum hunc: quia meum tempus nondum impletum est.*

(c) *Haec cum dixisset ipse mansit in Galilaea.*

ⲟⲩⲟⲩⲱⲛϩ ⲁⲛ
ⲉⲃⲟⲗ. ⲁⲗⲗⲁ
ϩⲛ ⲟⲩϩⲱⲡ
11 Ⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ϭⲉ ⲛⲉⲩ//
ϣⲓⲛⲉ ⲛⲥⲱϥ ⲡⲉ
ϩⲙ ⲡⲉⲣⲡⲉ ⲁⲩⲱ
ⲛⲉⲩϫⲱ̀ⲙⲙ̀ⲟⲥ
ϫⲉ ⲉϥ ⲧⲱⲛ ⲡⲏ
12 ⲁⲩⲱ ⲛⲉⲣⲉ ⲟⲩⲕⲣ́ⲙ//
ⲣⲙ̀ ⲉⲛⲁϣⲱϥ
ϣⲟⲟⲡ ⲉⲧⲃⲏⲏ//
ⲧϥ ϩⲛ ⲙⲙⲏⲏϣⲉ
ϩⲟⲉⲓ ⲛⲉ ⲙⲉⲛ
ⲛⲉⲩϫⲱⲙⲙⲟⲥ.
ϫⲉ ⲟⲩⲁⲅⲁⲑⲟⲥ
ⲡⲉ. ϩⲉⲛⲕⲟⲟⲩⲉ
ⲇⲉ ⲛⲉⲩϫⲱⲙ//
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲙⲙⲟⲛ
ⲁⲗⲗⲁ ⲉϥⲡⲗⲁⲛⲁ
13 ⲙⲡⲉⲙⲏⲏϣⲉ * ⲛⲉⲙ//
ⲙⲡⲗⲁⲁⲩ ⲙⲉⲛ//
ⲧⲟⲓ ϣⲁϫⲉ ⲉⲧⲃⲏ//
ⲏⲧϥ ϩⲛ ⲟⲩⲡⲁⲣ//

ἀλλὰ ὡς
ἐν κρυπτῷ· (a)
11 Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι ἐζή-
τουν αὐτὸν ἐν
τῇ ἑορτῇ, καὶ ἔ-
λεγον ποῦ ἐστιν
ἐκεῖνος; (b)
12 Καὶ γογγυσμὸς
περὶ αὐτοῦ ἦν
πολὺς ἐν τοῖς ὄχλοις·
οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι
ἀγαθός ἐστιν· ἄλλοι
δὲ ἔλεγον· οὐχί·
ἀλλὰ πλανᾷ τὸν
ὄχλον· (c)
13 Οὐδεὶς μέν
τοι παῤῥησίᾳ
ἐλάλει περὶ αὐ-
τοῦ, διὰ τὸν φό-

(a) *Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto.*

(b) *Judaei ergo quaerebant eum in die festo, & dicebant: ubi est ille?*

(c) *Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alii autem dicebant. Non, sed seducit turbas.*

ⲣⲏⲥⲓⲁ ⲉⲧⲃⲉ ⲑⲟ-
ⲧⲉ ⲛ̀ⲛⲓⲓⲟⲩⲇⲁⲓ.
14 ϩⲛ̀ⲧⲙⲏⲧⲉ ⲇⲉ ⲙ-
ⲡϣⲁ ⲁⲓⲥ̄ ⲃⲱⲕ ⲉ-
ϩⲣⲁⲓ ⲉⲡⲉⲣⲡⲉ
15 ⲁϥϯⲥⲃⲱ. ⲛⲉⲩ-
ⲣϣⲡⲏⲣⲉ ϭⲉ ⲛ-
ϭⲓⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲉⲩ-
ϫⲱⲙⲙⲟⲥ. ϫⲉ ⲛ-
ⲁϣ ⲛ̀ϩⲉ ⲡⲁⲓ ⲥⲟⲟⲩⲛ
ⲛ̀ⲥϩⲁⲓ ⲉⲙ-
ⲡⲟⲩⲧⲥⲁⲃⲟϥ:
16 ⲁϥⲟⲩⲱϣⲃ ϭⲉ ⲛⲁⲩ
ⲛϭⲓ ⲓⲥ̄ ⲉϥϫⲱⲙ-
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲧⲁⲥⲃⲱ
ⲁⲛⲟⲕ ⲛ̀ⲧⲱⲓ ⲁⲛ
ⲧⲉ ⲁⲗⲗⲁ ⲧⲁⲡⲉⲛ-
ⲧⲁϥ ⲧⲁⲩⲟⲉⲓ ⲧⲉ
17 ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲁ ⲣ̀ϩⲛⲁϥ
ⲉⲉⲓⲣⲉ ⲙⲡⲉϥⲟⲩ-
ⲱϣ ϥⲛⲁⲉⲓⲙⲉ
ⲉⲧⲃⲉ ⲧⲉⲓⲥⲃⲱ

βον τῶν Ἰου-
14 δαίων. (a) Ἤδη
δὲ τῆς ἑορτῆς
μεσούσης ἀνέ-
βη Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱε-
ρὸν, καὶ ἐδίδα-
15 σκεν. (b) Ἐθαύμα-
ζον οὖν οἱ Ἰου-
δαῖοι λέγοντες·
πῶς οὗτος γράμ-
ματα οἶδεν μὴ
μεμαθηκώς, (c)
16 Ἀπεκρίθη οὖν
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ
εἶπεν· ἡ ἐμὴ διδαχὴ
οὐκ ἐστιν ἐμὴ, ἀλλὰ
τοῦ πέμψαντός με· (d)
17 Ἐὰν τὶς θέλῃ
τὸ θέλημα αὐτοῦ
ποιεῖν, γνώσεται
περὶ τῆς διδα-

(a) *Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Judaeorum.*

(b) *Jam autem die festo mediante, ascendit Jesus in templum, & docebat.*

(c) *Et mirabantur Judaei dicentes. Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?*

(d) *Respondit eis Jesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me.*

ϫⲉ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ
ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲧⲉ ϫⲉ
ⲛⲁⲛⲟⲕ ⲉⲓϣⲁϫⲉ
ϩⲁⲣⲟⲉⲓ ⲙⲁⲩⲁⲁⲧ
18 ⲡⲉⲧϣⲁϫⲉ ϩⲁ//
ⲣⲟϥ ⲙⲁⲩⲁⲁϥ
ⲉϥϣⲓⲛⲉ ⲛⲥⲁ//
ⲡⲉϥⲉⲟⲟⲩ ⲙⲙⲓ//
ⲛ ⲉⲙⲙⲟϥ . ⲡⲉⲧ//
ϣⲓⲛⲉ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲟϥ
ⲛⲥⲁⲡⲉⲟⲟⲩ ⲙ̀//
ⲡⲉⲛⲧⲁϥ ⲧⲛ̀ⲛⲟ
ⲟⲩϥ ⲡⲁⲓ ⲟⲩⲙⲉⲉ
ⲡⲉ. ⲁⲩⲱ ⲙⲛ ϫⲓⲛ//
ϭⲟⲛ̀ⲥ ϩⲣⲁⲓⲛϩⲏ//
19 ⲧ'ϥ.* ⲙⲏ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ
ⲁⲛ ⲡⲉⲛⲧⲁϥϯ ⲛⲏ//
ⲧⲛ ⲙⲡⲛⲟⲙⲟⲥ
ⲁⲩⲱ ⲙⲛⲗⲁⲁⲩ ⲙⲙⲱⲧⲛ̀
ⲉⲓⲣⲉ ⲙⲡⲛⲟⲙⲟⲥ
ⲁϩⲣⲱⲧⲛ ⲉⲧⲉⲧⲛ//
ϣⲓⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲁⲙⲟⲩ//
ⲟⲩⲧ ⲙ̀ⲙⲟⲉⲓ.

χῆς, πότερον
ἐν τȣ̃ Θεȣ̃ ἔςιν,
ἢ ἐγὼ ἀπ' ἐμαυ-
τȣ̃ λαλῶ; (a)
18 Ὁ ἀφ' ἑαυτȣ λαλῶν
τὴν δόξαν τὴν ἰδί-
αν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν
τὴν δόξαν τȣ̃ πέμ-
ψαντος αὐτὸν, ȣ̃τος
ἀληθής ἔςιν·
ϗ ἀδικία
ἐν αὐτῷ ȣ̓κ
ἔςιν· (b)
19 Οὐ Μωυσῆς δέ-
δωκεν ὑμῖν
τὸν νόμον,
ϗ ȣ̓δεὶς ἐξ ὑμῶν
ποιεῖ τὸν νόμον;
τί με ζητεῖτε ἀποκ-
τεῖναι; (c)

(a) *Si quis voluerit voluntatem ejus facere: cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar.*

(b) *Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quaerit: qui autem quaerit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est, & injustitia in illo non est.*

(c) *Nonne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem?*

20 Ⲁϥⲟⲩⲱ̀ϣⲃ ǹϭⲓ-
ⲡⲙⲏⲏϣⲉ ϫⲉ ⲟⲩ
ǹⲟⲩⲇⲁⲓⲙⲟⲛⲓⲟⲛ
ⲛⲙ̀ⲙⲁⲕ ⲛⲓⲙ ⲡⲉⲧ-
ϣⲓⲛⲉ ⲛⲥⲁⲙⲟⲟⲩⲧ-
21 ⲧⲕ ★ ⲁⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱϣ'ⲃ
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ ⲟⲩ
ϩⲱⲃ ǹⲟⲩⲱⲧ ⲡⲉⲛ-
ⲧⲁⲓⲁⲁϥ ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̀
ⲣ́ϣⲡⲏⲣⲉ ⲧⲏⲣⲧⲛ̀
22 ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲁⲙⲟⲩ-
ⲥⲏⲥ ϯ ⲛⲏⲧⲛ̀ ⲙ-
ⲡⲥⲃ'ⲃⲉ ⲟⲩⲭⲟⲧⲓ
ϫⲉ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀
ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ ⲡⲉ
ⲁⲗⲗⲁ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲙ̀
ⲛⲉⲛⲉⲓⲟⲧⲉ ⲡⲉ
ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛ̀ ⲥⲃⲃⲉ
ⲣⲱⲙⲉ ϩⲙ̀ ⲛⲥⲁⲃ-
23 ⲃⲁⲧⲟⲛ ★ ⲉϣϫⲉ
ϣⲁⲣⲉⲣⲱⲙⲉ ϫⲓ
ⲥ̀ⲃⲃⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲥⲁⲃ-
ⲃⲁⲧⲟⲛ. ϫⲉ ⲛ̀ⲛⲉϥ-
ⲃⲱⲗ ⲉⲃⲟⲗ ǹϭⲓ-
ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ ⲙⲙⲱⲩ-

20 Ἀπεκρίθη ὁ ὄχλος
δαιμόνιον ἔχεις·
τίς σε ζητεῖ
ἀποκτεῖναι; (a)
21 Ἀπεκρίτη ὁ Ἰησοῦς
καὶ εἶπεν αὐτοῖς·
ἓν ἔργον ἐποίησα·
καὶ πάντες
θαυμάζετε· (b)
22 Διὰ τοῦτο Μωυσῆς
δέδωκεν ὑμῖν τὴν πε-
ριτομὴν, οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ
Μωυσέως ἐστὶν, ἀλλ'
ἐκ τῶν πατέρων, καὶ ἐν
σαββάτῳ περιτέμνετε
ἄνθρωπον; (c)
23 Εἰ περιτομὴν
λαμβάνει ἄντρωπως
ἐν σαββάτῳ,
ἵνα μὴ λυθῇ
ὁ νόμος Μωυ-
σέως; ἐμοὶ χο-

(a) *Quid me quaeritis interficere? Respondit turba, & dixit: Daemonium habes: quis te quaerit interficere?*

(b) *Respondit Jesus, & dixit eis: Unum opus feci, & omnes miramini.*

(c) *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: (non quia ex Moyse est, sed ex patribus) & in sabbato circumciditis hominem.*

ⲥⲏⲥ. ⲁϩⲣⲣⲱⲧⲛ̀ ⲧⲉⲛ-
ⲧⲛ̀ⲛⲟϭⲥ ⲉⲣⲟⲓ ϫⲉ
ⲁⲓⲧⲟⲩϫⲉ ⲟⲩⲣⲱⲙⲉ
ⲧⲏⲣϥ ϩⲙ ⲡⲥⲁⲃⲃⲁⲧⲟⲛ
24 ⲙⲡⲣⲕⲣⲓⲛⲉ ⲕⲁⲧⲁ
ⲟⲩⲙⲛ̀ⲧⲣⲉϥϫⲓ
ϩⲟ̀ ⲁⲗⲗⲁ ⲕⲣⲓⲛⲉ·
ⲙⲡϩⲁⲡ ⲙⲙⲉ
25 Ⲛⲉⲩ ⲛ̀ϩⲟⲉⲓ ⲛⲉ
ϭⲉ ϫⲱⲙⲙⲟⲥ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲛ̀ⲣⲙ̀-
ⲑⲓⲗⲏⲙ ϫⲉ ⲙⲏ
ⲡⲁⲓ ⲁⲛ ⲡⲉⲧⲟⲩ-
ϣⲓⲛⲉ ⲛⲥⲱϥ ⲉ-
26 ⲙⲟⲩⲧϥ. * ⲁⲩⲱ
ⲉⲓⲥϩⲏⲏⲧⲉ ⲉϥϣⲁ-
ϫⲉ ϩⲛ̀ ⲟⲩⲡⲁⲣⲣⲏ-
ⲥⲓⲁ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲥⲉ-
ϫⲉⲗⲁⲁⲩ ⲛⲁϥ ⲁⲛ
ⲙⲏⲡⲱⲥ ⲁⲩⲉⲓ-
ⲙⲉ ⲛⲁⲙⲉ ⲛ̀ϭⲓⲛ-
ⲁⲣⲭⲱⲛ. ⲁⲩⲱ ⲛ̀
ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ϫⲉ

λᾶτε ὅτι ὅλον
ἀνο̃ν ὑγιῆ ἐποί-
ησα ἐν σαββάτῳ, (a)
24 Μὴ κρίνετε
κατ᾽ ὄψιν, ἀλλὰ
τὴν δικαίαν
κρίσιν κρίνετε· (b)
25 Ἔλεγον οὖν τι-
νες ἐκ τῶν
Ἱεροσολυμιτῶν,
οὐχ οὗτος ἐ-
στιν ὃν ζητοῦ-
σιν ἀποκτεῖναι; (c)
26 Καὶ ἴδε, παρ-
ῥησία λαλεῖ, καὶ
οὐδὲν αὐτῷ
λέγουσιν· μή-
ποτε ἀληθῶς
ἔγνωσαν οἱ Ἀρ-
χοντες, ὅτι
οὗτός ἐστιν

(a) *Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur Lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato?*

(b) *Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate.*

(c) *Dicebant ergo quidam ex Jerosolimis: Nonne hic est, quem quaerunt interficere?*

ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅
27 ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲁⲓ ⲧⲛⲥⲟ//
ⲟⲩⲛⲙⲙⲟϥ ϫⲉ ⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ⲧⲱⲛ ⲡⲉ·
ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲇⲉ ⲛⲧⲟϥ
ⲉϥϣⲁⲛⲉⲓ ⲙⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ
ⲛⲁⲉⲓⲙⲉ ϫⲉ ⲟⲩⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲧⲱⲛ ⲡⲉ.
28 Ⲓ̅ⲥ̅ ⲇⲉ ⲁϥⲁϣⲕⲁⲕ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲉⲣⲡⲉ
ⲉϥϯⲥⲃⲱ ⲉϥϫⲱ//
ⲙⲙⲟⲥ· ϫⲉ ⲧⲉⲧⲛ//
ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲙⲟⲓ ⲁⲩⲱ
ⲧⲉⲧⲛ̀ⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ
ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ ⲧⲱⲛ ⲁⲩⲱ
ⲛⲧⲁⲉⲓ ⲁⲛ ϩⲁⲣⲟⲓ ⲙⲁⲩ
ⲁⲁⲧ ⲁⲗⲗⲁ ⲟⲩⲙⲉ
ⲡⲉ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲩⲟⲓ
ⲡⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ ⲉⲛ//
ⲧⲉⲧⲛⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲙⲙⲟϥ
29 ⲁⲛⲟⲕ ϯⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ//
ⲙⲟϥ ϫⲉ ϯϣⲟⲟⲡ

ὁ χριστὸς ; (a)
27 Ἀλλὰ τοῦ-
τον οἴδαμεν
πόθεν ἐστίν·
ὁ δὲ χριστὸς ὅταν
ἔρχηται, οὐδεὶς
γινώσκει πό-
θεν ἐστίν· (b)
28 Ἔκραξεν οὖν ἐν
τῷ ἱερῷ Ἰησοῦς διδά-
σκων, καὶ λέγων
κἀμὲ οἴδατε
καὶ οἴδατε πό-
θεν εἰμι· Καὶ
ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ
ἐλήλυθα, ἀλλ'
ἔστιν ἀληθινὸς
ὁ πέμψας με,
ὃν ὑμεῖς οὐκ
οἴδατε : (c)
29 Ἐγὼ οἶδα αὐ-
τὸν, ὅτι παρ' αὐτοῦ

(a) *Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes, quia hic est Christus?*

(b) *Sed hunc scimus unde sit : Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit.*

(c) *Clamabat ergo Jesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim, scitis: & a me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis.*

ϩⲁϩⲧⲏϥ · ⲁⲩⲱ
ⲡⲉⲧⲙⲙⲁⲩ ⲡⲉⲛ‖
ⲧⲁϥ ⲧⲁⲩⲟⲉⲓ ·
30 Ⲛⲉⲩϣⲓⲛⲉ ϭⲉ ⲡⲉ
ⲛ̀ⲥⲁϭⲟⲡ́ϥ ⲡⲉ.
ⲁⲩⲱ ⲙⲡⲉⲗⲁⲁⲩ
ⲛⲧⲉϥϭⲓϫ ⲉϩⲣⲁⲓ
ⲉϫⲱϥ · ϫⲉ ⲛ̀ⲡⲉ
ⲙⲡⲁⲧⲉ ⲧⲉϥⲟⲩ‖
ⲛⲟⲩ ⲉⲓ · * ⲁϩⲁϩ
31 Ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ
ⲉⲃⲟⲗϩⲙ ⲡⲙⲏ‖
ⲏϣⲉ · ⲁⲩⲱ ⲡⲉⲩ‖
ϫⲱⲙⲙⲟⲥ ϫⲉ
ⲉⲣϣⲁⲛ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅
ⲉⲓ ⲙⲏ ⲉϥⲛⲁⲣ̀
ϩⲟⲩⲟ ⲉⲙⲙⲁⲓⲛ
ⲉⲛⲧⲁⲡⲁⲓ ⲁⲁⲩ
32 Ⲁⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ‖
ⲟⲥ ϭⲉ ⲥⲱⲧⲙ
ⲉⲡⲙⲏⲏϣⲉ
ⲉϥⲕⲣⲙⲣⲙ ⲛ̀ⲛⲁⲓ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ́ϥ ⲁⲩⲱ

εἰμι, κἀκεῖνος
με ἀπέςει-
λεν · (a)
30 Ἐζήτουν οὖν
αὐτὸν πιάσαι·
καὶ οὐδεὶς ἔβα-
λεν ἐπ᾽ αὐτὸν
τὴν χεῖρα, ὅτι
οὔπω ἐληλύ-
θει ἡ ὥρα αὐτοῦ · (b)
31 Ἐκ τοῦ ὄχλου δὲ
πολλοὶ ἐπιςεύ-
σαν εἰς αὐτὸν·
καὶ ἔλεγον ὁ Χ̅ς̅
ὅταν ἔλθῃ μὴ
πλείονα ση-
μεῖα ποιήσει
ὧν οὗτος ἐποίησεν; (c)
32 Ἤκουσαν οἱ Φα-
ρισαῖοι τοῦ ὄ-
χλου γογγύζον-
τος περὶ αὐτοῦ
ταῦτα· Καὶ ἀπέςει-

(a) *Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.*

(b) *Quaerebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.*

(c) *De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, numquid plura signa faciet, quam quae hic facit?*

ⲁⲩϫⲟⲟⲩ
ⲛ̀ϭⲓⲛ̀ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ
ⲙⲛ̀ⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ//
ⲟⲥ ⲛ̀ϩⲉⲛϩⲩⲡⲏ//
ⲣⲉⲧⲏⲥ ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩ//
33 ⲉϭⲟⲡ̀ϥ · ★ ⲡⲉϫⲁϥ
ϭⲉ ⲛⲁⲩ ⲛ̀ϭⲓⲓ̅ⲥ̅ ϫⲉ
ⲉⲧⲓ ⲕⲉⲕⲟⲩⲓ ⲛ̀ⲟⲩ//
ⲟⲉⲓϣ ⲡⲉ ϯϣⲟ//
ⲟⲡ ⲛ̀ⲙⲙⲏⲧⲛ̀
ⲁⲩⲱ ϯⲛⲁⲃⲱⲕ
ϣⲁ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲧⲁⲩ//
34 ⲟⲉⲓ . ★ ⲧⲉⲧⲛⲁϣⲓ//
ⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲓ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲧⲛ̀ⲧⲙϩⲉ ⲉⲣⲟⲓ ·
ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ
ⲉϯ ⲙⲙⲟϥ ⲛ̀ⲧⲱ//
ⲧⲛ̀ ⲛ̀ⲧⲛ̀ⲛⲁϣ
ⲉ̀ⲓ ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ
35 Ⲡⲉϫⲉ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ϭⲉ
ⲛ̀ⲛⲉⲩⲉⲣⲏⲩ ϫⲉ
ⲉⲣⲉⲡⲁⲓ ⲛⲁⲃⲱⲕ
ⲉⲧⲱⲛ · ϫⲉ ⲁⲛⲟⲛ

λαν οἱ Ἀρχιερεῖς, ϗ
οἱ Φαρισαῖοι ὑ-
περέτας, ἵνα πιά-
σωσιν αὐτόν· (a)
33 Εἶπεν οὖν αὐ-
τοῖς, ἔτι Ἰησοῦς ὁ χρό-
νον μικρὸν
μεθ' ὑμῶν εἰ-
μι, ϗ ὑπάγω
πρὸς τὸν πέμ-
ψαντά με· (b)
34 Ζητήσετέ με, ϗ
οὐκ εὑρήσετέ με·
Καὶ ὅπου εἰμὶ
ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ
δύνασθε ἐλθεῖν: (c)
35 Εἶπον οὖν οἱ
Ἰουδαῖοι πρὸς
ἑαυτοὺς· ποῦ
οὗτος μέλλει

(a) *Audierunt Pharisaei turbam murmurantem de illo haec : & miserunt Principes , & Pharisaei ministros , ut apprehenderent eum .*

(b) *Dixit ergo eis Jesus : Adhuc modicum tempus vobiscum sum & vado ad eum , qui me misit .*

(c) *Quaeretis me , & non invenietis : & ubi ego sum , vos non potestis venire .*

ⲛ̀ⲧⲛ̀ⲛⲁ ϩⲉ ⲁⲛ ⲉ//
ⲣⲟϥ · ⲙⲏ ⲉϥⲛⲁ//
ⲃⲱⲕ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲧ//
ⲇⲓⲁⲥⲡⲟⲣⲁ ⲛ̀ⲛ̀//
ϩⲉⲗⲗⲏⲛ ⲛ̀ϥϯ//
ⲥⲃⲱ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲉ//
36 ⲉⲓⲉⲛⲓⲛ * ⲟⲩ ⲡⲉ
ⲡⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲉⲛ//
ⲧⲁϥϫⲟⲟϥ ϫⲉ ⲧⲉ//
ⲧⲛ̀ⲁϣⲓ ⲛⲉ ⲛ̀ⲥⲱⲓ
ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ⲧⲙ̀ϩⲉ ⲉ//
ⲣⲟⲉⲓ : ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ
ⲁⲛⲟⲕ ⲉⲧⲙ̀ⲙⲟϥ
ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲧⲛ̀ⲁϣⲉⲓ ⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ :
37 ϩⲣⲁⲓ ⲇⲉ ϩⲙ̀ ⲡϩⲁⲉ
ⲛ̀ϩⲟⲟⲩ ⲡⲛⲟϭ ⲛ̀//
ⲧⲉⲛϣⲁ ⲛⲉⲣⲉ
ⲓ̅ⲥ̅ ⲁϩⲉⲣⲁⲧ`ϥ · ⲁⲩⲱ
ⲛⲁ ⲉϥⲁϣⲕⲁⲕ ⲉ//
ⲃⲟⲗ ⲉϥϫⲱ ⲙ̀//
ⲙⲟⲥ · ϫⲉ ⲡⲉⲧⲟ//
ⲃⲉ ⲙⲁⲣⲉϥⲉⲓ ϣⲁ

πορέυεσθαι, ὅτι ἡμεῖς
ὐκ ἑυρήσωμεν αὐτὸν,
μὴ εἰς τὴν διασπορὰν
τῶν Ἑλλήνων μέλλει
πορέυεσθαι, καὶ διδά-
σκειν τὺς ἕλληνας; (a)
36 Τίς ἐςιν ὁ λόγος
ὅτι εἶπεν ζητή-
σετέ με, καὶ ὐχ
ἑυρήσετέ με,
καὶ ὅπυ εἰμὶ
ἐγὼ, ὑμεῖς ὐ
δύνασθε ἐλ-
θεῖν; (b)
37 Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ
ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ
τῆς ἑορτῆς
ἱςήκει ὁ Ἰ̅ς̅,
καὶ ἔκραξεν
λέγων· Ἐὰν τίς
διψᾷ ἐρχέσθω
πρὸς με, καὶ

(a) *Dixerunt ergo Judaei ad semetipsos : Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? Numquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes?*

(b) *Quis est hic sermo, quem dixit: Quaeretis me, & non invenietis: & ubi sum ego vos non potestis venire?*

38 ⲣⲟⲓ ⲛ̀ϥⲥⲱ. * ⲡⲉⲧ
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲓ
ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲉⲛⲧⲁ//
ⲧⲉ ⲅⲣⲁⲫⲏ ϫⲟⲟⲥ
ϫⲉ ⲟⲩⲛ̀ϩⲉⲛⲉⲓ//
ⲉⲣⲱⲟⲩ ⲛⲁϩⲁⲧⲉ
ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏⲧϥ ⲙ//
ⲙⲟⲟⲩ ⲉϥⲟⲛ̀ϩ.
39 ⲛ̀ⲧⲁϥ ϫⲉ ⲡⲁⲓ ⲇⲉ
ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲉⲡⲛ̄ⲁ̄
ⲉⲧⲟⲩⲛⲁϫⲓⲧϥ
ⲛ̀ϭⲓ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩ//
ⲡⲓⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ
ⲛⲉ ⲙ̄ⲡⲁⲧⲟⲩϫⲓ
ⲡⲛ̄ⲁ̄ ⲅⲁⲣ ⲡⲉϫⲉ ⲓ̄ⲥ̄
ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧϥϫⲓ ⲉ//
40 ⲟⲟⲩ ⲡⲉ. * ϩⲟⲉⲓ
ⲛⲉ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̀
ⲡⲙⲏⲏϣⲉ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲣⲟⲩ ⲥⲱⲧⲙ̀ ⲉⲛⲉⲓ//
ϣⲁ ϫⲉ ⲛⲉⲩϫⲟ//
ⲙ̀ⲙⲟⲥ · ϫⲉ ⲡⲁⲓ
ⲡⲁ ⲡⲉ ⲡⲉⲡⲣⲟ//

38 πινέτω · (a) Ὁ πι-
ςεύων εἰς
ἐμὲ, καθὼς εἶ-
πεν ἡ γραφὴ
ποτάμοὶ ἐκ
τῆς κοιλίας αὐ-
τȣ̃ ῥεύσȣσιν
ὕδατος ζών-
39 τος · (b) Τȣ̃το δὲ
εἶπεν περὶ τȣ̃
πν̃ς ȣ̃ ἔμελλον
λαμβάνειν οἱ
πιςεύσαντες εἰς
αὐτόν · ȣ̓́πω γὰρ
ἦν πν̃α, ὅτι Ἰς̃
ȣ̓δέπω ἐδω-
40 ξάσθη · (c) Ἐκ τȣ̃
ὄχλȣ ουν ἀκȣ-
σαντες τῶν
λόγων τȣ́των
ἔλεγον · ȣ̓̃τος
ἐςιν ἀληθῶς
ὁ προφήτης · (d)

(a) *In novissimo autem die magno festivitatis, stabat Jesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.*

(b) *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae.*

(c) *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.*

(d) *Ex illa ergo turba, cum audissent hos sermones ejus, dicebant: hic est vere Propheta.*

41 ⲫⲏⲧⲏⲥ· * ϩⲉⲛⲕⲟ=
ⲟⲩⲉ ⲇⲉ ⲛⲉⲩϫⲱ
ⲙ̀ⲙⲟⲥ· ϫⲉ ⲡⲁⲓ
ⲡⲉⲡⲉⲭ̅ⲥ̅· ϩⲣⲉⲓ
ⲛⲉ ⲇⲉ ⲛⲉⲩϫⲱ=
ⲙⲙⲟⲥ· ϫⲉ ⲙⲏⲅⲁⲣ
ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲏⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲧⲅⲁⲗⲓ=

41 Ἄλλοι δὲ ἔλε-
γον οὗτος ἐ-
στιν ὁ χριστός· Οἱ δὲ
ἔλεγον. Μὴ γὰρ
ἐκ τῆς Γαλιλαί-
ας ὁ χ͂ς ἔρχεται; (a)

42 ⲗⲁⲓⲁ ⲛ̀ⲧⲁⲧⲉⲅⲣⲁ=
ⲫⲏ ⲁⲛ ϫⲟⲟⲥ ϫⲉ
ⲉⲣⲉ ⲡⲉⲭ̅ⲥ̅ ⲛⲉⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲉⲥⲡⲉⲣ=
ⲙⲁ ⲛⲇⲁⲩⲉⲓⲇ· ⲁⲩⲱ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̀ ⲃⲏⲑⲗⲉ=
ⲉⲙ ⲡϯⲙⲉⲉⲛⲉ
ⲣⲉ ⲇⲁⲩⲉⲓⲇ ϣⲟ=
ⲟⲡ ⲛ̀ϩⲏⲧ'ϥ·

42 Οὐχ ἡ γραφὴ
εἶπεν· ὅτι ἐκ
τοῦ σπέρματος
Δαυὶδ, καὶ ἀπὸ
βηθλεὲμ τῆς
κώμης ὅπου
ἦν Δαυὶδ ἔρ-
χεται ὁ χ͂ς; (b)

43 ⲁⲩⲡⲱ́ⲣϫ ϭⲉ ϣⲱ=
ⲡⲉ ϩⲙ̀ ⲡⲙⲏⲏϣⲉ

43 Σχίσμα οὖν ἐ-
γένετο ἐν τῷ
ὄχλῳ δι' αὐτόν· (c)

44 ⲉⲧⲃⲏⲏⲧ'ϥ· * ϩⲟⲉⲓ
ⲛⲉ ⲇⲉ ⲉⲃⲟⲗ· ⲛ̀ϩⲏ=
ⲧⲟⲩ ⲛⲉⲩⲟⲩⲱϣ ⲉ=
ϭⲟⲡ'ϥ
ⲁⲗⲗⲁ ⲙ̀ⲡⲉⲗⲁⲁⲩ

44 Τινὲς δὲ ἤθε-
λον ἐξ αὐτῶν
πιάσαι αὐτόν·
ἀλλ' οὐδεὶς ἔβα-

(a) *Alii dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Numquid a Galilaea venit Christus?*

(b) *Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine David, & de Bethlehem castello, ubi erat David, venit Christus?*

(c) *Dissentio itaque facta est in turba propter eum.*

V 2

ⲛ̄ⲧⲉϥϭⲓϫ ⲉ̄ϩⲣⲁⲓ

45 ⲉϫⲱϥ · * ⲁⲩⲃⲱⲕ
ϭⲉ ⲛ̄ϭⲓ ⲛ̄ϩⲩⲡⲏ-
ⲣⲉⲧⲏⲥ ϣⲁ ⲛ̄ⲁⲣ-
ⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ ⲙⲛ̄ ⲡⲉ-
ⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ · ⲁⲩⲱ
ⲡⲉϫⲉ ⲛ̄ⲏ ⲛⲁⲩ
ϫⲉ ⲉⲧⲃⲉ ⲟⲩ ⲙ̄ⲡ-
ⲉⲧⲛ̄ⲛ̄ⲧϥ̄ ·
46 ⲁⲩⲟⲩⲱϣ̄ ⲃ̄ ⲛ̄ϭⲓ
ⲛ̄ϩⲩⲡⲏⲣⲉⲧⲏⲥ
ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲣⲱⲙⲉ
ϣⲁϫⲉ ⲉⲛⲉ ϩⲛ-
ⲑⲉ ⲙ̄ⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ ·

47 ⲁⲩⲟⲩⲱϣ̄ ⲃ̄ ⲛⲁⲩ
ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓ-
ⲥⲁⲓⲟⲥ · ϫⲉ ⲙⲏ
ⲛ̄ⲧⲁⲧⲉⲧⲛ̄ ⲡⲗⲁ-
ⲛⲁ ϩⲱⲧⲧⲏⲩⲧⲛ
48 ⲙⲏ ⲁⲗⲁⲁⲩ ⲛ̄-

λεν ἐπ᾽ αὐτὸν
τὰς χεῖρας · (a)
45 Ἦλθον οὖν οἱ ὑ-
πηρέται πρὸς
τοὺς Ἀρχιερεῖς
καὶ Φαρισαίους ·
καὶ εἶπον αὐτοῖς
ἐκεῖνοι · διὰ τί
οὐκ ἠγάγετε
αὐτόν; (b)
46 Ἀπεκρίθη-
σαν οἱ ὑ-
πηρέται · Οὐδέ-
ποτε ἐλάλη-
σεν οὕτως
ἄνθρωπος · (c)
47 Ἀπεκρίθησαν οὖν
αὐτοῖς οἱ Φα-
ρισαῖοι · Μὴ καὶ
ὑμεῖς πεπλα-
νῆσθε; (b)
48 Μή τις

(a) *Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum : sed nemo misit super eum manus .*

(b) *Venerunt ergo ministri ad Pontifices , & Pharisaeos . Et dixerunt eis illi : Quare non adduxistis illum ?*

(c) *Responderunt ministri : Nunquam sic locutus est homo , sicut hic homo .*

(d) *Responderunt ergo eis Pharisaei : Numquid & vos seducti estis ?*

ⲥⲧⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟϥ ⲉ/
ⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲛ̄ⲁⲣⲭⲱⲛ
ⲏ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ̄ ⲛⲉ
ⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓⲟⲥ ·
49 ⲁⲗⲗⲁ ⲡⲉⲓ ⲙⲏ/
ⲏ· ϣⲉ ⲉⲧⲉ/
ⲛⲥ·ⲉⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ
ⲙ̀ⲡⲛⲟⲙⲟⲥ ⲥⲉ/
ϣⲟⲟⲡ ϩⲁ ⲛⲥⲁϩⲟⲩ
50 Ⲡⲉϫⲉ ⲛⲓⲕⲟⲇⲏⲙⲟⲥ
ⲛⲁⲩ ⲡⲉⲛⲧⲁϥⲉⲓ
ϣⲁ ⲓ̅ⲥ̅ ⲛ̀ϣⲟⲣⲡ
ⲉⲟⲩⲁ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̀ϩⲏ/
51 ⲧⲟⲩ ⲡⲉϫⲉ ★ ⲙⲏ
ⲡⲉⲛⲛⲟⲙⲟⲥ ⲕⲣⲓ/
ⲛⲉ ⲙ̀ⲡⲣⲱⲙⲉ
ⲉⲓⲙⲏⲧⲓ ⲛ̀ϥⲥⲱ/
ⲧⲙ̀ ⲉⲣⲟϥ ⲛϣⲟ/
ⲣⲡ ⲁⲩⲱ ⲛ̀ϥⲉⲓⲙⲉ
ϫⲉ ⲟⲩ ⲡⲉⲧϥⲉⲓ/
ⲣⲉ ⲙ̀ⲙⲟϥ
52 Ⲁⲩⲟⲩⲱϣ'ⲃ ⲉⲩ/

ἐκ τῶν ἀρχόν-
των ἐπίσευ-
σεν εἰς αὐτὸν,
ἢ ἐκ τῶν Φαρισαίων; (a)
49 Ἀλλὰ ὁ ὄχλος οὗτος
ὁ μὴ γινώσκων
τὸν νόμον ἐπικα-
τάρατοί εἰσιν· (b)
50 Λέγει Νικόδημος
πρὸς αὐτοὺς
ὁ ἐλθὼν πρὸς
αὐτὸν πρότε-
ρον εἷς ὢν ἐξ (c)
51 αὐτῶν· (b) Μὴ ὁ νό-
μος ὑμῶν κρί-
νει τὸν ἀνθρωπον,
ἐὰν μὴ ἀκούσῃ
πρῶτον παρ᾽
αὐτοῦ, καὶ γνῷ
τί ποιεῖ, (c)
52 Ἀπεκρίθησαν

(a) *Numquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisaeis?*

(b) *Sed turba haec, quae non novit Legem maledicti sunt.*

(c) *Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis.*

(d) *Numquid Lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat?*

ϫⲱⲙⲙⲟⲥ ⲛⲁϥ
ϫⲉ ⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲕ̀ ⲟⲩ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲱⲱⲕⲟⲛ
ϩⲛ̀ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ
ϩⲣⲧⲉϩⲧ ⲛ̀ⲛⲅⲣⲁ=
ⲫⲏ ⲛ̀ⲅ ⲛⲁⲩ ϫⲉ
ⲛⲉⲣⲉ ⲡⲉⲡⲣⲟ=
ⲫⲏⲧⲏⲥ ⲛⲁⲧⲱ=
ⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̀
ⲧⲅⲁⲗⲓⲗⲁⲓⲁ .

καὶ εἶπαν αὐτῷ
Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς
Γαλιλαίας εἶ; ἐ-
ραυνησον, καὶ
ἴδε ὅτι ἐκ τῆς
Γαλιλαίας προ-
φήτης οὐκ ἐ-
γέρεται· (a)

COPT. ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ IV.

Evangelii S. Johannis Cap. VIII.

12 ⲓ̅ⲥ̅ ⲇⲉ
ⲙⲁⲩ ⲉϥϫⲱ̀ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ϫⲉ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉ ⲡⲟⲩ=
ⲟⲉⲓⲛ ⲙ̀ⲡⲕⲟⲥⲙⲟⲥ
ⲡⲉⲧⲛⲁⲟⲩⲁϩϥ̀ ⲛ̀
ⲥⲱⲓ ⲛϥ=
ⲛⲁⲙⲟⲟϣ ⲉⲁⲛ
ϩⲙ̀ ⲡⲕⲁⲕⲉ : ⲁⲗⲗⲁ
ϥⲛⲁϫⲓ ⲙⲡⲟⲩⲟⲓⲛ
ⲙ̀ⲡⲱⲛ̀ϩ·

12 . . . οὖν αὐτοῖς
ἐλάλησεν ὁ Ἰ̅ς̅ λέγων
Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς
τοῦ κόσμου·
ὁ ἀκολουθῶν μοι
οὐ μὴ περιπατήσῃ
ἐν τῇ σκοτίᾳ
ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς
τῆς ζωῆς· (b)

(a) *Responderunt, & dixerunt ei : Numquid & tu Galilaeus es? Scrutare Scripturas, & vide quia a Galilaea Propheta non surgit.*

(b) . . . . *Ergo locutus est eis Jesus dicens : Ego sum lux mundi : qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae.*

13 Ⲡⲉϫⲉ ⲛⲉⲫⲁⲣⲓⲥⲁⲓ//
ⲟⲥ ϭⲉ ⲛⲁϥ ϫⲉ
ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲉⲧⲣ̀ⲙⲛ
ⲧⲣⲉ ϩⲁⲣⲟⲕ ⲧⲉⲕ//
ⲙⲛ̀ⲧⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ⲛ̀//
ⲟⲩⲙⲉ ⲁⲛ ⲧⲉ·
14 Ⲁ ⲓ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲱϣⲃ ⲡⲉ//
ϫⲁϥ ⲛⲁⲩ· ϫⲉ ⲕⲁⲛ
ⲁⲛⲟⲕ ⲉⲉⲓϣⲁⲛ
ⲣ̀ⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ ϩⲁⲣⲟⲓ
ⲧⲁⲙⲛ̀ⲧⲙⲛ̀ⲧⲣⲉ
ⲟⲩⲙⲉ ⲧⲉ· ϫⲉ ϯ//
ⲥⲟⲟⲩⲛ ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁ//
ⲉⲓ ⲧⲱⲛ· ⲁⲩⲱ ⲉⲓ//
ⲛⲁ ⲧⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲱ̀//
ⲧⲛ ⲇⲉ ⲛ̀ⲧⲉ//
ⲧⲛⲥⲟⲟⲩⲛ ⲁⲛ
ϫⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲓⲉⲓ ⲧⲱⲛ
ⲏ ⲉⲓⲛⲁ ⲧⲱⲛ·
15 ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ ⲉⲧⲉⲧⲛ//
ⲕⲣⲓⲛⲉ ⲕⲁⲧⲁ ⲥⲁⲣⲝ
ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ ⲛ̀ϯⲕⲣⲓ//
ⲛⲉ ⲁⲛ ⲛ̀ⲗⲁⲁⲩ

13 Εἶπον οὖν αὐτῷ
οἱ Φαρισαῖοι· σὺ
περὶ σεαυτοῦ
μαρτυρεῖς ἡ μαρ-
τυρία σου οὐκ
ἔστιν ἀλητὴς· (a)
14 Ἀπεκρίθη Ἰς, καὶ
εἶπεν αὐτοῖς
κἂν ἐγὼ μαρτυ-
ρῶ περὶ ἐμαυ-
τοῦ, ἀληθής ἐ-
στιν ἡ μαρτυ-
ρία μου· ὅτι οἶ-
δα, πόθεν ἦλθον
καὶ ποῦ ὑπάγω
ὑμεῖς δὲ οὐκ
οἴδατε πό-
θεν ἔρχομαι
ἢ ποῦ ὑπάγω· (a)
15 Ὑμεῖς κατὰ τὴν
σάρκα κρίνετε
Ἐγὼ οὐ κρίνω
οὐδένα· (c)

(e) *Dixerunt ergo ei Pharisaei. Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.*

(f) *Respondit Jesus, & dixit eis: & si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum: quia scio unde veni, & quo vado. Vos autem nescitis unde venio, aut quo vado.*

(a) *Vos secundum carnem judicatis: ego non judico quemquam.*

16 ⲕⲁⲛ ⲉⲉⲓϣⲁⲛ ⲕⲣⲓ//
ⲛⲉⲇⲉ ⲁⲛⲟⲕ · ⲧⲁ
ⲕⲣⲓⲥⲓⲥ ⲟⲩ//
ⲙⲉⲉ ⲧⲉ ϫⲉ·ⲛ̄ⲁⲛ̄ⲟⲕ
ⲙ̀ⲙⲁⲧⲉ ⲁⲛ ⲡⲉ·
ⲁⲗⲗⲁ ⲁⲛⲟⲕ ⲙ̀ⲛ
ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛⲧⲁϥ//
17 ⲧⲁⲩⲟⲉⲓ ★ ϩⲥⲏϩⲇⲉ
ⲟⲛ ϩⲙ̀ ⲡⲉⲩⲛⲟⲙⲟ//
ⲙⲟⲥ ϫⲉ ⲧ̀ⲙ̀ⲛ̄ⲧ//
ⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ
ⲥⲛⲁⲩ ⲟⲩⲙⲉⲉ//
18 ⲧⲉ · ★ ⲁⲛⲟⲕ ⲡⲉⲧ//
ⲣ̀ⲙ̀ⲛ̄ⲧⲣⲉ ϩⲁⲣⲟⲉⲓ
ⲁⲩⲱ ϥ̀ⲣⲙⲛ̄ⲧⲣⲉ
ⲟⲛ ϩⲁⲣⲟⲉⲓ ⲛ̄ϭⲓ
ⲡⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛ̄ⲧⲁϥ//
19 ⲧⲁⲩⲟⲉⲓ ★ ⲛⲉⲩ//
ϫⲱ̀ ϭⲉ ⲙ̀ⲙⲟⲥ
ⲛⲁϥ ⲡⲉ ϫⲉ ⲉϥ//
ⲧⲱⲛ ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ
ⲁϥⲟⲩⲱϣ̀ⲃ ⲛ//
ϭⲓ ⲓ̅ⲥ̅ ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ

16 Καὶ ἐ-
ὰν κρίνω δὲ ἐγὼ
ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ
ἀληθινή ἐστιν·
ὅτι μόνος οὐκ
εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ
καὶ ὁ πέμψας
17 με πατήρ·(a) Καὶ ἐν
τῷ νόμῳ δὲ
τῷ ὑμετέρῳ
γέγραπται, ὅτι
δύο ἀνων̅ ἡ μαρτυρία
18 ἀληθής ἐστιν· (b) Ἐγὼ
εἰμι ὁ μαρτυρῶν
περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ
μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ
ὁ πέμψας με πατήρ·(c)
19 Ἔλεγον οὖν αὐτῷ
ποῦ ἐστιν ὁ πατήρ
σου; ἀπεκρίθη
Ι̅ς̅ οὔτε ἐμὲ
οἴδατε, οὔτε
τὸν πατέρα μου·

(a) *Et si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me Pater.*

(b) *Et in Lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.*

(c) *Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso: Et testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.*

ϫⲉ ⲟⲩⲇⲉ ⲛ̄ⲧⲉⲛ
ⲧⲛ̄ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̄ⲙ
ⲙⲟⲓ ⲁⲛ ⲟⲩⲇⲉ
ⲟⲛ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄ ⲥⲟ
ⲟⲩⲛ ⲁⲛ ⲙ̄ⲡⲁ
ⲉⲓⲱⲧ ⲉⲛⲉⲧⲉⲧⲛ̄
ⲥⲟⲟⲩⲛ ⲙ̄ⲙⲟⲓ ⲧⲉ
ⲧⲛⲁⲥⲟⲩⲛ ⲡⲁⲉⲓⲱⲧ
ⲟⲛⲡⲉ

εἰ ἐμὲ ἤδειτε
καὶ τὸν πα-
τέρα μου ἂν
ἤδειτε · (a)

20 ⲛⲉⲓϣⲁϫⲉ ⲉϥϫⲟⲟⲩ
ϩⲙ̄ ⲡⲅⲁⲍⲟⲫⲩⲗⲁⲕⲓ
ⲉϩϯⲥⲃⲱ ϩⲙ̄ ⲡⲉⲣ
ⲡⲉ ⲁⲩⲱ ⲙ̄ⲡⲉⲗⲁ
ⲁⲩ ϭⲟⲡϥ ϫⲉ ⲙ̄ⲡⲁ
ⲡⲁⲧⲉ ⲧⲉϥⲟⲩⲛⲟⲩ
ⲉⲓ.

20 Ταῦτα τὰ ῥήματα
ἐχάλησεν ἐν
τῷ γαζοφυλακίῳ
διδάσκων ἐν
τῷ ἱερῷ, καὶ οὐ-
δεὶς ἐπίασεν
αὐτὸν, ὅτι οὔ-
πω ἐληλύθει
ὥρα αὐτοῦ · (b)

21 ⲡⲉϫⲁϥ ϭⲉ
ⲟⲛ ⲛⲁⲩ ⲛ̄ϭⲓ ⲓ̅ⲥ̅ ϫⲉ
ⲁⲛⲟⲕ ϯⲛⲁⲃⲱⲕ
ⲁⲩⲱ ⲧⲉⲧⲛⲁϣⲓ
ⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲱⲓ · ⲁⲩⲱ
ⲧⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲩ ϩⲣⲁⲓ
ϩⲙ̄ ⲡⲉⲧⲛ̄ⲛⲟⲃⲉ

21 Εἶπεν οὖν πά-
λιν ἀττοῖς · Ἐγὼ
ὑπάγω, καὶ ζη-
τήσετέ με, καὶ
ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ
ὑμῶν ἀποθα-
νεῖσθε · ὅπου

(a) *Dicebant ergo ei : Ubi est Pater tuus ? Respondit Jesus : Neque me scitis, neque Patrem meum : si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.*

(b) *Haec verba locutus est Jesus in gazophilacio, docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus.*

ⲁⲩⲱ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ	ἐγὼ ὑπάγω ὑ-
ⲉϯⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉⲣⲟϥ	μεῖς οὐ δύνα-
ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲙⲛ̄-	σθε ἐλθεῖν · (a)
ϣϭⲟⲙ ⲙ̄ⲙⲱⲧⲛ̄	
ⲉⲉⲓ ⲉⲙⲁⲩ ·	
22 Ⲛⲉⲩϫⲱ ϭⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲥ	22 Ἔλεγον οὖν οἱ
ⲛ̄ϭⲓ ⲛⲓⲟⲩⲇⲁⲓ	Ἰουδαῖοι · Μή τι
ϫⲉ ⲙⲏⲧⲓ ⲉϥⲛⲁ-	ἀποκτενεῖ
ⲙⲟⲩⲟⲩⲧ ⲙ̄ⲙⲟϥ	ἑαυτόν, ὅτι
ϫⲉ ϥϫⲱ ⲙ̄ⲙⲟⲥ	λέγει · ὅπου ἐ-
ϫⲉ ⲡⲙⲁ ⲁⲛⲟⲕ	γὼ ὑπάγω, ὑμεῖς
ⲉϯⲛⲁⲃⲱⲕ ⲉ	οὐ δύνασθε
ⲣⲟϥ ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲉ-	ἐληεῖν : (b)
ⲧⲉⲧⲛⲁϣⲉⲓ ⲁⲛ	
23 ⲉⲙⲁⲩ · * ⲁⲩⲱ	23 Καὶ ἔλεγεν
ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁⲩ ϫⲉ	αὐτοῖς · ὑμεῖς ἐκ
ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲧⲉⲧⲛ̄	τῶν κάτω ἐςὲ
ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ̄ⲡⲕⲁϩ· ⲁⲛⲅ	ἐγὼ ἐκ τῶν
ⲁⲛⲟⲕ ⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ̄-	ἄνω εἰμί ·
ⲧⲡⲉ ⲛ̄ⲧⲱⲧⲛ̄ ⲛ̄ⲧⲉ	ὑμεῖς . . . ἐςὲ (c)

Jam satis in praesentiarum de Coptitis ex Novo Testamento Reliquiis Psalmum XLVIII. nunc, & diapsalma in Vulg. XLVII. adolescentibus πολυγλώσσοις Hebraico-Copto-Graecum paramus: in quo Graecum sermonem consulto Copto subscripsimus, utpote quod huic ille non raro lucem afferat.

(a) *Dixit ergo eis iterum Jesus: Ego vado, & quaeretis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado vos non potestis venire.*

(b) *Dicebant ergo Judaei: Numquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quo ego vado, vos non potestis venire.*

(c) *Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos . . . estis . . .*

מזמור מח

גָּדוֹל יְהוָה וּמְהֻלָּל מְאֹד בְּעִיר אֱלֹהֵינוּ הַר־קָדְשׁוֹ׃

Ⲟⲩⲛⲟϭ ⲡⲉⲡϫⲟⲉⲓⲥ ⲁⲩⲱ ϥⲥⲙⲁⲙⲁⲁⲧ ⲉ//
ⲙⲁⲧⲉ · ϩⲛ̄ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ.
ⲁⲩⲱ ϩⲙ̀ ⲡⲉϥⲧⲟⲟⲩ ⲉⲧⲟⲩⲁⲁⲃ.

Μεγας Κύριος, ϗ αἰνετὸς σφόδρα,
Ἐν πόλει τȣ͂ θεȣ͂ ἡμῶν, ἐν ὄρει ἁγίω αὐτȣ͂·

יְפֵה נוֹף מְשׂוֹשׂ כָּל־הָאָרֶץ הַר־צִיּוֹן יַרְכְּתֵי צָפוֹן קִרְיַת מֶלֶךְ רָב׃

Ⲉϥⲟⲩⲉⲥⲧⲱⲛ ϩⲙ̀ ⲡⲧⲗⲏⲗ ⲉⲡⲕⲁϩ ⲧⲏⲣϥ
ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ ⲉⲧϫⲟⲥⲉ ⲍⲧⲙ̀ⲡⲉⲙϩⲓⲧ.
ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲛⲟϭ ⲛ̀ⲣⲣⲟ.

Ἐυρίζω ἀγαλλιάματι πάσῃ τῇ γῇ.
Ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τȣ͂ βοῤῥᾶ:
Ἡ πόλις τȣ͂ βασιλέως τȣ͂ μεγάλȣ.

אֱלֹהִים בְּאַרְמְנוֹתֶיהָ נוֹדַע לְמִשְׂגָּב׃

Ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲛⲁⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲛ ⲛⲉⲥⲙⲁ ⲉⲧ//
ⲧⲁⲉⲓⲏⲩ ⲉϥϣⲁⲛ ϯⲧⲟⲟⲧⲥ.

Ὁ θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται,
ὅταν ἀντιλαμβάνηται αὐτῆς·

כִּי־הִנֵּה הַמְּלָכִים נוֹעֲדוּ עָבְרוּ יַחְדָּו׃

Ϫⲉ ⲉⲓⲥ ϩⲏⲏⲧⲉ ⲁⲛⲉⲥⲉⲣⲱⲟⲩ ⲥⲱⲟⲩϩ ⲉϩⲟⲩⲛ
ⲁⲩⲉⲓ ⲉⲩⲙⲁ ⲛⲟⲩⲱⲧ·

Ὅτι ἰδȣ̀ οἱ βασιλεῖς [τῆς γῆς] συνήχθη-
σαν, διῆλθοσαν ἐπι το αὐτό·

הֵמָּה רָאוּ כֵּן תָּמָהוּ נִבְהֲלוּ נֶחְפָּזוּ׃ רְעָדָה אֲחָזָתַם שָׁם חִיל כַּיּוֹלֵדָה׃

בְּרוּחַ קָדִים תְּשַׁבֵּר אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ׃

Ⲛ̀ⲧⲟⲟⲩ ⲁⲩⲛⲁⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲓϩⲉ· ⲁⲩⲉⲣϣⲡⲏⲣⲉ:

ⲁⲩϣⲧⲟⲣⲧⲣ ⲁⲩⲕⲓⲙ· ⲁⲩⲥⲧⲱⲧ ⲧⲁϩⲟⲟⲩ
ⲙ̀ⲙⲁⲩ· ⲛ̀ⲑⲉ ⲛ̀ⲛⲛⲁⲁⲕⲉ ⲛⲧⲉⲧⲛⲁ=
ⲙⲓⲥⲉ· ϩⲛ̄ ⲟⲩⲧⲏⲩ ⲛ̄ϭⲟⲛⲥ·
ϥⲛⲁⲟⲩⲱϣ́ϥ ⲛ̄ⲛⲉϫⲏⲩ ⲛ̄ⲑⲁⲣⲥⲓⲥ·

Αὐτοὶ ἰδόντες οὕτως, ἐθαυμασαν·
Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν· τρόμος
Ἐπελάβετο αὐτῶν·
Ἐκεῖ ὠδῖνες ὡς τικτούσης·
Ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσεῖς:

כאשר שמענו כן ראינו בעיר־יהוה צבאות בעיר אלהינו אלהים יכוננה ער־עולם׃

Ⲕⲁⲧⲁⲑⲉ ⲛ̀ⲧⲁⲛⲥⲱⲧⲙ· ⲧⲁⲓ ⲟⲛ ⲧⲉⲑⲉ
ⲛ̀ⲧⲁⲛⲛⲁⲩ· ϩⲛ̄ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̄ⲡϫⲟⲉⲓⲥ·
ⲛ̀ⲛϭⲟⲙ· ϩⲛ̄ ⲧⲡⲟⲗⲓⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ·
ⲁⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲥⲙⲛ̀ⲥⲛ̀ⲧⲉ ⲙ̄ⲙⲟⲥ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ·

Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως ἴδαμεν
Ἐν πόλει Κυρίου τῶν δυνάμεων,
Ἐν πόλει τοῦ θεοῦ ἡμῶν·
Ὁ θεὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα:

סלה

דמינו אלהים חסדך בקרב היכלך׃ כשמך אלהים כן תהלתך על־קצוי־ארץ
צדק מלאה ימינך׃

Ⲇⲓⲁⲯⲁⲗⲙⲁ.

Ⲛⲉⲛⲙⲉⲉⲩⲉ ⲉⲣⲟⲕ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ· ϫⲉ ⲡⲉⲕⲛⲁ
ⲛ̄ⲧⲙⲏⲧⲉ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲗⲁⲟⲥ·
ⲕⲁⲧⲁ ⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ· ⲧⲁⲓ ⲟⲛ ⲧⲉⲑⲉ
ⲙ̀ⲡⲉⲕⲕⲉⲥⲙⲟⲩ ⲉϫⲛ̄ ⲁⲣⲏϫϥ ⲙ̄ⲕⲁϩ·
ⲉⲣⲉ ⲧⲉⲕⲟⲩⲛⲁⲙ ⲙⲉϩ ⲛ̀ⲇⲓⲕⲁⲓⲟⲥⲩⲛⲏ:

Διαψαλμα.

Ὑπελάβομεν ὁ θεὸς τὸ ἔλεος σȣ ἐν μέσῳ τȣ̃
ναȣ̃ σȣ·
Κατὰ τὸ ὄνομα σȣ ὁ θεὸς, ὅτως ÷ καὶ ῾ ἡ
ἄνεσις σȣ ἐπι τὰ πέρατα τῆς γῆς·
Δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιά σȣ·

יִשְׂמַח הַר־צִיּוֹן תָּגֵלְנָה בְּנוֹת יְהוּדָה לְמַעַן מִשְׁפָּטֶיךָ׃ סֹבּוּ צִיּוֹן וְהַקִּיפוּהָ סִפְרוּ
מִגְדָּלֶיהָ׃

ⲙⲁⲣⲉϥ ⲉⲩⲫⲣⲁⲛⲉ ⲛ̀ϭⲓⲡⲧⲟⲟ̀ⲩ ⲛ̀ⲥⲓⲱⲛ·
ⲁⲩⲱ ⲙⲁⲣⲟⲩⲧⲉⲗⲏⲗ ⲛ̀ϭⲓⲛ̀ϣⲉⲉⲣⲉ ⲛ̀ϯ//
ⲟⲩⲇⲁⲓⲁ· ⲉⲧⲃⲉ ⲛⲉⲕϩⲁⲡ ⲡϫⲟⲉⲓⲥ
ⲕⲱⲧⲉ ⲉⲥⲓⲱⲛ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀ϩⲱⲗ'ϭ ⲉⲣⲟⲥ·
ϣⲁϫⲉ ϩⲛ̀ ⲛⲉⲥⲟⲩⲟⲟⲙⲧⲉ

Ἐυφρανθήτω τὸ ὄρος Σιὼν, ÷
Καὶ῾ ἀγαλλιάσθωσαν αἱ θυγατέρες τῆς Ἰȣδαίας
῞Ενεκεν, τῶν χρυμάτων σȣ ÷ Κύριε·῾
Κυκλώσατε Σιὼν, ϗ περιλάβετε ἀυτὲν,
Διηγήσασθε ἐν τοῖς πύργοις ἀυτῆς·

שִׁיתוּ לִבְּכֶם לְחֵילָה פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ לְמַעַן תְּסַפְּרוּ לְדוֹר אַחֲרוֹן׃ כִּי זֶה
אֱלֹהִים אֱלֹהֵינוּ עוֹלָם וָעֶד הוּא יְנַהֲגֵנוּ עַל־מוּת׃

ⲕⲱ ⲛⲛ̀ⲧⲛϩⲏⲧ ⲉⲧⲉϭⲟⲙ· ⲁⲩⲱ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲛ̀
ⲡⲱϣ ⲛ̀ⲛⲉⲩⲧⲁⲉⲓⲏⲩ ⲛ̀ⲧⲁⲥ:
ϫⲉⲕⲁⲥ ⲉⲩⲉⲧⲛⲁϫⲟⲟⲩ ⲉⲕⲉⲅⲉⲛⲉⲁ· ϫⲉ
ⲡⲁⲓ ⲡⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲧⲉ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ·
ⲁⲩⲱ ϣⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲛⲉⲛⲉϩ·
ⲛ̀ⲧⲟϥ ⲡⲉⲧⲛⲁⲙⲟⲟⲛⲉ ⲙⲙⲟⲛ ϣⲁ ⲛⲓⲉⲛⲉϩ.

Θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν δυνάμιν αὐτῆς,
÷ Καὶ" καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς,
"Οπως ἂν διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν·
"Οτι οὗτος ἐστιν ὁ θεὸς ὁ θεὸς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα:
ϗ εἰς τὸν αἰῶνα ÷ τοῦ αἰῶνος".
Αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας·

LECTIO VULGATAE.

2 Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.
3 Fundatur exultatione universae terrae mons Sion: latera Aquilonis civitas Regis magni.
4 Deus in domibus ejus cognoscetur, cum suscipiet eam.
5 Quoniam ecce Reges terrae congregati sunt: convenerunt in unum.
6 Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.
7 Ibi dolores ut parturientis.
8 In spiritu vehementi conteres naves Tharsis.
9 Sicut audivimus in civitate Domini virtutum in civitate Dei nostri: Deus fundavit eam in aeternum.

DIAPSALMA. (a)

10 Suscepimus Deus misericordiam tuam; in medio templi tui.

(a) *Vox haec* Διάψαλμα *in Vulgata*, *&* *Codicibus bene multis omittitur: quamquam legatur apud lxx. Digladiantur inter se circa ejus significationem eruditi. Qui opinionum de illa varietatem velit expendere*, *in* Critica sacra *Eduardi Leigh sub voce* סֶלָה *illas po-*

te-

11 Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terrae: justitia plena est dextera tua.
12 Laetetur mons Sion, & exultent filiae Judae, propter judicia tua Domine.
13 Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus ejus.
14 Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, ut enarretis in progenie altera.
15 Quoniam hic est Deus, Deus noster in aeternum, & in saeculum saeculi: ipse reget nos in saecula.

---

terit observare. Juxta Suidam, animadversore Alberto *ad Hesychium scribente, indicat* μελωδίας ἐναλλαγὴν, *seu aliam vocis in concentu flexionem. Omnes ferme hacce de re conveniunt; quamvis illius vocis interpretationem alii aliam eligant.*

§. XVI.

De Versione Aethiopica, aliisque.

Saeculo Ecclesiae IV. jam sacra Scripturarum oracula Aethiopicae, aliisque linguis reddita extitisse, amplissimus testis est S. Johannes Chrysostomus homil. I. in Johannem scribens: Syros, Aethiopes, Aegyptios, Indos, Persas, & multos alios populos, habere libros sacros proprio idiomate descriptos „. Idem tradit S. P. A. lib. II. de Doctr. Christ. cap. V. ubi inquit: Factum est, ut etiam Scriptura divina, qua tantis morbis humanarum voluntatum subvenitur, ab una lingua profecta, qua opportune potuit per orbem terrarum disseminari, per varias Interpretum linguas longe, lateque diffusa innotesceret gentibus ad salutem „. Quanam vero Ecclesiae aetate Aethiopica Versio primum obtinuerit, perarduum est definire. Etsi illud plane innotesceret, quo vere tempore Evangelium pervenerit ad Aethiopiam, nunc *Abissiniam* (partem nimirum Africae, quae ad Boream Aegyptum habet, ad meridiem lineam Aequinoctialem, ad ortum mare rubrum, ad occasum Nubiam) adhuc de certa Aethiopicae Versionis aetate, foret haesitandum. Plures hacce de re invenire est sententias, quarum tamen aliae alias elidant. Ab eunucho illo Candacis Reginae Aethiopum, quo de sermo est Act. VIII. repetunt nonnulli eorum conversionem. Waltonus Prolegom. XV. fidei initia apud Aethiopes temporibus Apostolicis tribuit, per Matthaeum scilicet, aut Matthiam, sive Bartholomaeum propagata: at validis inniti fundamentis non assentimur, eo etiam nomine quod de Apostolorum in Aethiopiam profectione, in libris Aethiopum sit altum silentium. Ludolphius ex Ruffino lib. I. Histor. Eccles., itemque ex Socrate, ac Theodorito, Fidei nostrae apud Aethiopes promulgationem, auspicatur a S. Athanasio Episcopo Alexandrino, qui circa an. 330., Frumentium Ae-

Aethiopiae Episcopum consecrarit. En Ludolphii narratio: Meropius mercator Tyrius in Indiam profecturus appulit ad littus Aethiopiae in mari rubro, tunc mari Indico etiam nuncupato; ibi mortuus reliquit duos adolescentes, Frumentium, & Edesium, qui capti, & ad Regem adducti, ipsius gratiam adepti, honoribus ac libertate donati fuere. Interim mercatores Christianos, qui illuc appellebant, omni officiorum genere prosequebantur, adeo ut & morum integritate, cujus specimen inter illas gentes dabant, Christiana Religio ab omnibus magni fieri coeperit. Hoc velut fundamento posito, Frumentius ad S. Athanasium profectus, ab illo primus Aethiopiae Episcopus creatus fuit, & in Aethiopiam reversus Baptismo multos initiavit, Presbiteros, & Diaconos constituit, Templa extruxit; & sic primus Religionem Christianam in Aethiopia fundavit. Haec adprobamus, quatenus Aethiopum fides non nisi per Frumentium Episcopum Hyerarchico fulciretur ministerio: sed laudata sententia Waltoni Josephum Scaligerum refellentis, qui ad tempora Imperator. Justiniani fidem Aethiopum distulit, nobis potius arridet, si de Fidei quibusdam primordiis, ac baptismo privatim in Aethiopia administrato sermo sit. Praeter Eunuchum, quo de nuper dictum est, quemque a Philippo edoctum, alios baptizasse licet conjicere, in plagis Aethiophiae Aegypto conterminis, baptismum temporibus Apostolicis fuisse administratum, postquam in Aegypto Christi Fides erat promulgata, nobis videtur probabilius. Re quidem vera data, inter Aegyptios, finitimosque Aethiopes civilis commercii, hypothesi, quo tempore Aegyptii Christo Domino nomen dederant, facile constat, quomodo isti possent Aethiopes lavacro regenerationis abluere: Ast de commercio inter utrosque, vel a Cambysis tempore, vigente, Herodotum testem habemus. Is lib. III. cap. 19. ait: Cambysem missurum exploratores ad Regem Aethiopum accersivisse τῆς

ἐπιςαμένες τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσσαν . Si igitur vel ab aetate Cambysis, qui Psemmenitum Aegypti Regem subegit, linguam Aethiopicam callentes ibi non deerant, iure colligitur aliquam inter utrosque fuisse communionem. Quidni igitur admittamus civile commercium inter utrosque conterminos populos saeculis subsequentibus majus, frequentiusque fuisse, atque hinc a Christianis Aegyptiis, Aethiopes priscis Ecclesiae temporibus, fuisse baptizatos? Inde colligere quoque *erit* Evangelium per illa tempora Aethiopibus innotuisse, ac lingua etiam eis usitata fortasse conscriptum. Sin vero de reliquis Novi, & Veteris Testamenti libris sermo sit, nonnisi expleto saeculo III., postquam nimirum Frumentius a S. Athanasio Aethiopiae Episcopus fuerat ordinatus, aut etiam quum post Frumentium, novem sanctitate celebres viri Aethiopiae regiones ad Christi fidem adduxere, versos arbitramur: Tunc enim solenni ritu Christi fides inibi fuit consolidata; atque adeo Scripturas juxta exemplar Alexandrinum linguae Aethiopicae fuisse redditas, verosimillimum apparet. Mos siquidem fuit populorum, ac Nationum, tunc sacras litteras proprio idiomati consignare, cum Sanctissimam Christi fidem, sub legitimis Pastoribus, publice profiterentur. Etsi vero temporis, quo Versio, de qua agimus, in lucem prodiit clarae desiderentur notae, certum tamen est lingua Arabica primum non fuisse conscriptam, quippe quod ante exaratam constet, quam Arabum lingua usu apud Aethiopes veniret. Aethiopicam versionem, non minus ac Persicam, quae obiter saltem operam heic exposcit nostram, videre est in Bibliis polyglottis percelebris Briani Waltoni. Is tamen Prolegom. sextodecimo tradit, ex historiis non liquescere de Persarum Imperii ad Christi fidem conversione. Nihilo vero minus ex historia Ecclesiastica firmissimum est multas apud Persas fuisse Christifidelium Ecclesias, Episcoposque plurimos ibidem martyrio coronatos. Liquet

quet similiter ex Sozomeno lib. II. cap. 8., ex Hieronymo in Chronic., aliisque, gravissimas persecutiones sub Sapore Persarum Rege, passos fuisse Christifideles. Eodem modo constat Persarum Ecclesias Antiochenae paruisse, & referente Eusebio de vita Constantini lib. II. cap. 7., Persarum quidam Episcopus Nicaeno primo Concilio interfuit,,. Quo vero magis ex hisce erudimur Persas linguae eorum propriae Scripturas reddidisse, eo minora suppetunt momenta, ut quae in Bibliis Polyglottis asservantur Persicae Versionis λείψανα, primaevae ejus antiquitati tribuamus. De Armena Scripturarum Versione ea tantum adjicimus, quae tradit Richardus Simon lib. II. cap. 16. Histor. Crit. V. T., videlicet Armenos satis veteres possidere versiones a quibusdam inter ipsos Graecae linguae Doctoribus peritissimis, praesertim a Mose dicto Grammatico, & Davide Philosopho elaboratas, temporibus Johannis Chrysostomi, quem censent multi characterum Armenorum auctorem: Armeni tamen eosdem acceptos referunt cuidam Eremitae nomine Mesrop, qui in urbe *Bala* prope Euphratem illos adinvenerit. Is quoque Johanni Chrysostomo synchronus fuit, habentque Armeni omnia Chrysostomi opera, propria eorum lingua exarata. Porro cum integra Biblia Armeno sermone scripta, raro foret reperire, Jacobus Chorostei Armenorum Patriarcha anno 1664. Episcopo Uscam Dyuschutano commisit, ut in Europa Armena Biblia imprimi curaret. Is Romam venit, ac post menses quindecim Amstelaedamum petiit, ubi suis sumptibus Armena Biblia, pluraque alia scripta in usum Gentis prelo mandavit.

§. XVII.

De Vulgata.

Quandiu sincerum Deo cultum Hebraeorum Synagoga Deo O. M. praestitit, credita illis eloquia Dei fideliter retinuere: postea vero quam Messias Prophetarum ore promissus, atque adeo summa veritas, Dei filius ab eorum perfidia atrocissimam passus est repulsam, una cum Religione, Scripturae divinae soliditas ad Gentes emigravit, & in vulgatissimum tunc temporis idioma Graecum partim translata, partim conscripta eodem fuit. Ad inscrutabilia judicia Dei, viasque ejus investigabiles in primis, tum ad ferme congenitam Graecis laevitatem, deinde ad φιλοδοξίαν, & τὴν υπερηφανίαν referre est, quod Graeci ab Ecclesia paulatim desciscentes, sejuncti demum fuerint, quodque Sacrarum Litterarum, Fideique rectitudo ad Latinos devolvi, non secus ac ab axe, coeperit, & nacta sit stabilitatem. Unum nunc Codicem Latini veneramur authentia insignitum, Codicem absque controversia pervetustum, universae Ecclesiae consensu munitum, ad Graecos quoque Codices emendatum, scilicet *Vulgatae Latinae Textum*, cujus nonnisi nefarium, ac sacrilegum esse repudium queat. Quantopere vir ille summus Latine, Hebraice, Chaldaice, Syriace, Arabice, Graece, patrioque sermone Illirico doctissimus Hieronymus Stridoniensis in illa reficienda, perficiendaque insudarit, Damaso P. M. jubente, quoad Evangeliorum Graecae fidei restitutionem, ac magno Parente Augustino, quod spectat ad Septuaginta viralis translationem, Pamachio aliisque hortatoribus, eruditorum praeterit neminem. Aderant Hieronymi tempore plurimae V. T. latinae versiones ex Graeca LXX. expressae, ut Augustinus inquit lib. XVIII. de Civit. Dei cap. 43.; Romana Ecclesia aliarum Princeps ea utebatur, quae modo *Itala* alias

alias *Vulgata*, atque *Communis* audiebat, haecque, tradente eodem S. Doctore lib. II. de Doct. Christ., caeteris praeferri merebatur; quamquam de ejus auctore, qui nunc ignoratur, neque fortasse tunc temporis constaret. Plures interea, & quidem gravissimae rationes virum sanctissimum, Doctoremque maximum permoverunt, ut, illi perficiendo operi, totum se se devoveret. Inter caeteras, haec ab eo proferuntur tanti moliminis caussae, videlicet, ne Judaei de falsitate Scripturarum Ecclesiis diutius insultarent, & si quando adversum eos Christianis disputatio est, non habeant subterfugiendi diverticula, sed suomet potissimum mucrone feriantur; quarum primam *Praefat.* in Isai., alteram lib.III. adversus Ruffinum profert. Illud quoque Hieronymum ad hunc finem tetigit, quod in Versione LXX. plura desiderarentur, ac propterea, utpote quae in N. T. occurrerent, restituenda; quemadmodum *Praefat.* in *Esdram*, & *Nehemiam*, itemque in Epistola *ad Domnionem*, & *Rogatianum* scripsit. Accedebant, quas Hieronymus aegre ferebat, editionum, neque vitiis carentium, apud diversas Catholici orbis plagas, varietates, de quibus *Praefat.* in *Lib. Paralipo.* conqueritur. Isthaec porro secum animo reputans sapientissimus, deque integritate verbi divini vere sollicitus Hieronymus, nedum sancta Evangelia Graecae fidei reddere curavit, sed Origenis Tetrapla, Hexapla, & Octapla diurna, nocturnaque manu versans libros omnes, quos Hebraei Canonicos agnoscebant, ac insuper Tobiae, & Judith latino eloquio adornavit. Bis iterumque Psalterio manus medicas apposuit: siquidem ex Versione LXX. illud primo reddidit emendatissimum, & Romae etiam atque etiam acceptum, ut lib. II. contra Ruffinum testatur. Secundo Sophronii petitionibus indulgens ex Hebraeo transtulit, ac demum asteriscis, obelisque, tum ex Origenis Hexaplis, tum quoque ex editione Lucianaea adnotavit. Haud vero

ro improbi, immortalesque labores Hieronymi, maximo Ecclesiae bono divinitus dati, dum vitam ageret, omnibus ex aequo, e gremio quoque Catholicorum, fuerunt probati. Magnus P. Augustinus tanto viro necessitudine & charitate devinctus, gratias ei egit, quod Evangelia ex Graeco esset interpretatus, eumque simul in eadem epistola, nunc LXXI. rogaverat, (quod alibi adnotavimus) ut versionem Septuaginta viralem scriberet latine: Plurimum, scribebat, profeceris, si eam Graecam Scripturam, quam Septuaginta operati sunt, Latinae veritati reddideris: quae in diversis Codicibus ita varia est, ut tolerari vix possit, & ita suspecta, ne in Graeco aliud inveniatur; ut inde aliquid proferri, aut probari dubitetur „. Nihilo tamen minus Hieronymianam, quamvis expetitam versionem, in Dioecesi ejus publice lectitari, minus probavit, prudentissime veritus, ne auctoritas Septuaginta viralis posthaberetur, scandalumque plebs Catholica eidem latine redditae assueta pateretur, ac demum ne Latinae Ecclesiae a Graecis de dissonantia causarentur. En quomodo S. Doctor per Epistolam modo LXXXII. Hieronymum alloqueretur. Hi qui me invidere putant utilibus laboribus tuis, intelligant, propterea me nolle tuam ex Hebraeo Interpretationem in Ecclesiis legi, ne contra Septuaginta auctoritatem, tamquam novum aliquid proferente, magno scandalo perturbemus plebes Christi, quarum aures & corda illam interpretationem audire consueverunt, quae etiam ab Apostolis approbata est „. Et Epistola modo LXXI. ad eundem, quum nondum translationem LXX. exarasset sic scripsit: Ego sane te mallem Graecas potius Canonicas nobis interpretari Scripturas, quae LXX. Interpretum perhibentur. Perdurum enim erit, si tua Interpretatio per multas Ecclesias frequentius coeperit lectitari, quod a Graecis Ecclesiis Latinae dissonabunt „. Ruffinus lib. II. *Invectivarum*, aliique similibus rationibus, ac Augustinus

nus, concitati Hieronymi ex fonte Hebraeo versionem acerrime impetebant, atque damnabant. Neque tamen aut animo concidit, aut sibi defuit admirabilis ille φερεπονώτατος S. Doctor. Apologias retexuit, obtrectatoribus satisfecit, calunniasque adeo propulsavit, ut ejus versio postquam naturae debitum persolverat, tacito Ecclesiae Dei assensu, auctoritatem sensim coeperit nancisci. Jam D. Gregorii M. aetate in Romana Ecclesia, aliarum libella, eamdem cum Vulgata vetere sibi fidem conciliarat, prout in ejus ad Leandrum Epistola adfirmatur, ac tandem veteri potuit praevalere, non ita quidem, ut hanc ab Ecclesiarum usu penitus extruderet, bene vero nova quaedam ex utraque contexta, videlicet quae hodie obtinet Vulgata, coalesceret. Hanc renuunt Novatorum plerique Hieronymo ulla ex parte adscribere. Catholici eccontra partim Vulgatae obsoletae, partim Hieronymo, partimque Theodotionis versioni accensendam esse propugnant. Ita porro Venerabilis, doctissimusque Cardinalis Bellarminus, cujus vestigiis libentissime inhaeremus. Psalmorum liber ex Vulgata veteri retentus fuit in nova, ne inscia plebs christiana eorum recitationi assueta mutationibus, quae occurrissent, in deterius commoveretur. Non absimili modo ferri judicium potest de libris plerisque, quos Judaei ceu Canonicos non habuere. Plura tamen afferri possent, quae cum in Vulgata veteri desiderarentur, in hodierna juxta Hieronymi lectionem reperiuntur, quaeque cum olim aliter legerentur, post exquisitissimas ejus curas ad Hebraei textus significationem sunt revocata. Deerat in veteri Vulgata illud Oseae cap. XI. v. 2. *Ex Aegypto vocavi filium meum*: itemque illud Zachariae cap. XII. v. 10. *Videbunt in quem transfixerunt*. Utrumque vero fuit in nostra Vulgata restitutum. Legebatur Genes. cap. II. v. 2., ut exemplum ex altera locorum classe proferatur, *Complevit Deus die sexto*

opus

opus suum . Monuit Hieronymus Hebraeum Textum aliter se habere , scilicet ,

וַיְכַל אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ

Complevitque Deus die septimo opus suum : & haec lectio fuit substituta . Ex Theodotione aucta est Vulgata additamentis ad libros Estheris , & Danielis : Saepe , ubi ab Hebraeo discrepat , non paucis eruditorum assertoribus , convenit cum Septuaginta virali , immo etiam cum Symmacho , & Aquila . Quid de N. T. latina versione? Quatuor Evangelia a S. Hieronymo fuisse emendata nuper advertimus , fateturque ipsemet in *Praefat.* P. M. Damasum ita alloquens : Haec praesens Praefatiuncula pollicetur quatuor tantum Evangelia , quorum ordo est iste Matthaeus , Marcus , Lucas , Johannes , Codicum Graecorum emendata collatione , sed Veterum : quae ne multum lectionis Latinae consuetudine discreparent , Ita calamo temperavimus , ut his tantum , quae sensum videbantur mutare , correctis , reliqua manere pateremur , ut fuerant ,, . Caeterum N. T. libri latine scripti antiquissimum , sed incertum habent auctorem ; antiquissimum sane ; Fidem quippe omnem superat Latinam Ecclesiam , semel ac fieri potuit , de propria sacrorum librorum versione , non fuisse sollicitam : eam vero , quam semel adprobavit translationem , semper custodivit : praeterquam enim quod memoriae prodita non est , dempta Hieronymiana Evangeliorum correctione , aliqua illius mutatio , ab antiquissimis scriptoribus laudata ex N. T. testimonia , cum hodierna versione liquido patet congruere . Optime propterea Oecumenicum Tridentinum Concilium Sess. IV. cap. 2. sic sancivit : Sacrosancta Synodus considerans , non parum utilitatis accedere posse Ecclesiae Dei , si ex omnibus Latinis Editionibus , quae circumferuntur sacrorum Librorum , quaenam pro Authentica habenda sit , innotescat ;

scat ; statuit & declarat, ut haec ipsa Vetus, & Vulgata Editio, quae longo tot saeculorum usu probata est in publicis disputationibus, lectionibus, praedicationibus, & expositionibus pro Authentica habeatur. & ut nemo eam rejicere quovis praetextu audeat „. Quid? Fortene Tridentini Patres Vulgatam Authenticam decrevere, ita ut Fonti Hebraeo, & Graeco Latinam Versionem anteposuerint? Rem perinde se gessisse clamant Novatores, sed prorsus inique. Quonam sensu Vulgata Editio Authentica habita fuerit, explicant Theologi absque ullo Fontium praejudicio. Audiantur perdocti, clarissimique viri Salmero, & Bellarminus. Horum primus qui Tridentino Concilio adstitit, Vulgatam ita consecratam asserit, ut nihil Hebraeis, & Graecis Fontibus fuerit detractum. Nullam inquit Bellarminus lib. II *de Verbo Dei scripto* cap. X., Patres fontium mentionem faciunt, sed solum ex versionibus Latinis, quae nunc circumferuntur, unam delegerunt, quam caeteris anteponerent „. Eodemque in lib. cap. XI. subjungit: Ecclesia certos nos reddere voluit, in iis praesertim, quae ad Fidem, & Mores pertinent, nulla esse in hac versione Interpretum errata ... sed tuto posse fideles & sine periculo huic Versioni confidere „. At observanda quoque sunt, quae mox ex Praefatione ejusdem Vulgatae, subnectimus. Sacrosancta Synodus Tridentina illud decreto suo sapienter adjecit, ut haec ipsa vetus ac vulgata Editio emendatissime, quoad fieri posset imprimeretur: neque ulli liceret eam sine facultate, & approbatione Superiorum excudere. Quo Decreto simul typographorum temeritati, ac licentiae modum imposuit, & Pastorum Ecclesiae in tanto bono quam diligentissime retinendo, & conservando, vigilantiam, atqne industriam excitavit. Et quamvis insignium Accademiarum Theologi in Editione vulgata pristino suo nitori restituenda, magna cum laude laboraverint; quia tamen in tanta re

nulla

nulla potest esse nimia diligentia, & Codices manuscripti complures, & vetustiores Summi Pontificis jussu conquisiti, atque in Urbem advecti erant; Et demum quoniam executio Generalium Conciliorum, & ipsa Scripturarum integritas, ac puritas ad curam Apostolicae Sedis potissimum pertinere cognoscitur: ideo Pius IV. Pontifex Maximus, pro sua in omnes Ecclesiae partes incredibili vigilantia, lectissimis aliquot Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, aliisque tum Sacrarum litterarum tum variarum linguarum peritissimis viris, eam provinciam demandavit, ut vulgatam Editionem Latinam, adhibitis antiquissimis Codicibus MS., inspectis quoque Hebraicis, Graecisque Bibliorum fontibus, consultis denique veterum Patrum commentariis, accuratissime castigarent. Quod itidem institutum Pius V. prosecutus est. Verum Conventum illum, ob varias gravissimasque Sedis Apostolicae occupationes jamdudum intermissum, Sixtus V. divina providentia ad summum Sacerdotium evocatus, ardentissimo studio revocavit, & opus tandem confectum typis mandari jussit. Quod cum jam esset excusum, & ut in lucem emitteretur idem Pontifex operam daret, animadvertens non pauca in sacra Biblia praeli vitio irrepsisse, quae iterata diligentia indigere viderentur, totum opus sub incudem revocandum censuit, atque decrevit. Id vero cum morte praeventus praestare non potuisset, Gregorius XIV. qui post Urbani VII. duodecim dierum Pontificatum Sixto successerat, ejus animi intentionem executus, perficere aggressus est; amplissimis aliquot Cardinalibus, aliisque doctissimis viris ad hoc iterum deputatis. Sed eo quoque & qui illi successit Innocentio IX. brevissimo tempore de hac luce subtractis; tandem sub initium Pontificatus Clementis VIII, ... opus in quod Sixtus V. intenderat; Deo bene juvante perfectum est. Accipe igitur Christianae lector ... veterem ac Vulgatam sacrae Scriptu-

pturae Editionem, quanta fieri potuit diligentia castigatam: quam quidem, sicut omnibus numeris absolutam pro humana inbecillitate affirmare difficile est, ita caeteris omnibus, quae ad hanc usque diem prodierunt, emendatiorem; purioremque esse minime dubitandum. Et vero quamvis in hac Bibliorum recognitione, in Codicibus manuscriptis, Hebraeis, Graecisque fontibus, & ipsis veterum Patrum Commentariis conferendis, non mediocre studium adhibitum fuerit: in hac tamen pervulgata Lectione, sicut nonnulla consulto mutata, ita etiam alia, quae mutanda videbantur, immutata relicta sunt; tum quod ita faciendum esse ad offensionem populorum vitandam, sanctus Hieronymus non semel admonuit; tum quod facile fieri posse credendum est, ut majores nostri, qui ex Hebraeis, & Graecis latina fecerunt, copiam meliorum, & emendatiorum librorum habuerint, quam ii qui post illorum aetatem ad nos pervenerunt, qui fortasse tam longo tempore identidem describendo minus puri, atque integri evaserunt: tum denique, quia sacrae Congregationi Amplissimorum Cardinalium, aliisque eruditissimis viris ad hoc opus a Sede Apostolica delectis, propositum non fuit, novam aliquam editionem cudere, vel antiquum Intepretem ulla ex parte corrigere, vel emendare; sed ipsam veterem ac Vulgatam editionem Latinam, a mendis veterum librariorum, necnon pravarum emendationum erroribus repurgatam, suae pristinae integritati ac puritati, quoad ejus fieri potuit, restituere: eaque restituta, ut quam emendatissime imprimeretur juxta Concilii Oecumenici decretum, pro viribus operam dare „. Ex hisce itaque ἀφροντίστως ἔχειν nobis videmur, dum colligimus primo Vulgatam veterem ante Tridentinum Concilium in usu, & acceptatione Ecclesiae suo modo authentia minime caruisse: secundo per expressum de hodierna Vulgata judicium, nil fontibus Hebraeis, ac Graecis fuisse dero-

gatum : tertio ex Hebraeo , & Graeco textu non posse illius authentiam elevari : Et tandem adhuc licere Latini Interpretis mentem in fontibus inquirere, tunc maxime cum constat non aliter legisse , sed ambigue esse loquutum ; itemque justis de caussis ad eos recursum habere, ut genuinam Vulgatae lectionem assequamur.

ܡܢܘ ܐܝܬܘܗܝ ܕܫܘܐ ܠܡܦܬܚ ܠܟܬܒܐ
ܘܠܡܫܪܐ ܠܚ̈ܬܡܐ ܕܝܠܗ
ܥܠ ܚܝܐ ܡܬܟܠܝܢ ܗ

Quis est qui dignus sit aperire librum, et solvere sigilla ejus Apoc: V.

INDEX PROPOSITIONUM

substratum Histor. V. LXX., supposititius. p. 36.

2 Haec a Ptolomaeo Lagi filio exoptata sub Philadelpho, fuit absoluta. p. 38.

3 Interpretes e singulis Tribubus fuerunt assumpti. p. 38.

4 Quod spectat ad locum, ubi fuit confecta, Hieronymo subscribimus. p. 39.

5 Ante, & in Ecclesiae primordiis maximae fuit auctoritatis. p. 43.

6 Omnibus praeivisse V. T. Versionibus ordine, dignitateque arbitramur. p. 44.

§. IX.

1 Versiones Aquilae, Symmachi, Theodotionis apud Ecclesiae Patres suo olim fuerunt in pretio. p. 46.

2 Theodotionis versio tempore Symmachianam antecessit. p. 47

§. X.

1 Hodiernis Graecis Codicum generatim Vulgatae lectio est praeferenda. p. 58.

2 Loca Graecorum Codicibus a Vulgata non discrepantia, ceu intrinsece authentica possunt haberi. p. 62.

§. XI.

1 Exoticarum linguarum peritia ad S. Scripturarum intellectionem commoda parat uberrima. p. 64.

2 Haud vero sunt illae Theolog. Doctoribus absolute, & simpliciter necessariae. p. 69.

§. XII.

1 Versio Syriaca *antiqua* & *simplex* latuit primigenae Ecclesiae Patres. p. 106.

2 Non vero Chrysostomo, Augustino, aliisque fuit ignota. ib.

§. XIII.

3 Coptitarum Versionem circa tempora Concilii Nicaeni primi adornatam opinamur. p. 112.

4 Non nisi triginta agnoscimus Graeco-Aegyptiaca litterarum elementa. p. 116.

§. XIV.

1 Christifideles Aegyptii diversis inter se dialectis priscis Ecclesiae temporibus utebantur. p. 124.

2 Coptitarum lingua Hebraismis non caret. p. 125.

§. XVI.

1 Quonam tempore Versiones Aethiopica, Persica, & Armena fuerint vulgatae nonnisi conjiciendo statueretur. p. 168. & seq.

2 Certum tamen est Aethiopicam Versionem ante obtinuisse, quam Arabes in Aethiopiam irruerent. p. 171.

§. XVII.

1 Tridentini Patres jure optimo Latinam Vulgatae editionem authenticam declararunt. p. 177.

2 Justis de caussis licet fontes Hebraeum, & Graecum consulere. p. 180.

Errata, quae in oculos incurrerunt heic subjicimus: Caetera, & qnotquot ad punctationem, spiritus, ac accentus spectant, doctus corrigat lector.

Pag. 32	linea 31	reperta	lege	referta
35	10	interpollatum		interpolatum
76	9	וידבו		וידבר
116	34	lihgua		lingua
120	4	dedicerant		didicerant
120	27	veso		vero
122	6	prnculo		procul
128	10	Bajazethus		Bajazethes
161	6	εχαλησεν		ἐλάλησεν
162	11	εληειν		ἐλθεῖν
163	18	ⲁⲩⲉr		ⲁⲩⲉⲓ
169	4	reliqlt		reliquit
172	3	rtinuere		retinuere
176	18	lta		ita